

~~10118.1.17.~~

(X 187 7947)

II R

2512

B. M. II, 175.

h. 49, 5.

*Quod felix faustumq; jubeat*

**JEHOVAH!**

DISPUTATIO JURIDICA  
DE

**JURE ILLUSTRIS-**  
**UM ET NOBILIUM**  
**COMMUNI,**

Quam

*permissu Magnifici Jctorum Ordinis*

IN ILLUSTRILEUCOREA

PRÆSIDE

**DN. SAM. STRYKIO,**

Jcto, Comit. Palat. Cæsar. Potentissimor. Ele-  
ctorum Saxonis & Brandenburgici, illius in supremo Ap-  
pellationum judicio, hujus Aulico CONSILIARIO, Facult. Ju-  
ridicæ in hac Universitate ORDINARIO, Decret. PROF. PUBL. Dicastre-  
rii Electoralis ut & Confist. Eccles. ADSESSORE.

*PATRONO AC HOSPITE SUO*

devenerando

IN AUDITORIO JCTORUM,

*D. XXXI. Mart. An. M DC XCI.*

placidæ Eruditorum disquisitioni publicè

submittit

AUTOR

**FRIDERICUS DE GÖRNE,**

Eqves Marchicus.

WITTENBERGÆ, TYPIS JOHANNIS WILCKII.











## INGRESSUS.



*R*eginem parentium & Imperantium  
probè constitutum Rempubl. servare, pru-  
dentissimè crediderunt illi, qui ex veteri-  
bus Philosophis Rerumpubl. momenta di-  
scernere sategerunt. Ut ut enim commen-  
data ab aliis æqualitas sit, quasi hæc remota, nulla unquam  
subsistere posset Respublica; nescio tamen, annon vel populari  
modo locuti sint isti, vel ad Rempubl. popularem respexerint  
unicè. Habet certè quævis Rerumpublicarum species sua  
commoda, habet & incommoda; sed nullibi hæc illis præva-  
lent, quàm in Republ. populari, ubi dum quisq; alteri æqualis  
esse cupit, quotidiana exurgunt lites. Alter alterius dicto au-  
diens esse non solet, sed potius ipse audiri in populo cupit, non  
perpensâ plerumq; ratione, quâ hic vel ille in hanc feratur  
sententiam. Continuis æmulationibus alter alterius consi-  
lia, optimè licet excogitata, vel evertere, vel in sequiorem  
sensum detorquere intendit. At verò ubi profanum  
Vulgus non auditur, sed arcetur potius à negotiis majoris  
momenti, illis verò, qui & prudentiâ & Majorum meritis  
præcipuo collocari loco meruerunt, Respublica in partibus  
administranda committitur, ibi longè feliciter publici boni



*Succedunt negotia. Alter enim dum alterius dignitatem comiter veneratur, à promiscuo contradicendi pruritu repellitur; & dum ordine peraguntur omnia, faciliori viâ exitum inveniunt consilia. Quare laudande omnino sunt Respubl. illæ, in quibus unusquisq; non eodem censetur loco, sed diversis dignitatum gradibus, ab ipsa Majestate descendentes, separantur cives. Quot verò honorum gradus sint, difficillimum est determinasse, cum quot Respubl. tot dignitatum distributiones ubivis conspicuæ. Si Imperii nostri Romano-Germanici intueamur faciem, Principum generali nomine Duces, Marchiones, Landgravios aliosq; insigniri videmus. Post Principes proximum sibi vindicant locum Comites, deinde Barones: tandem sequuntur Nobiles. Hos autem cum Illustribus opponant vulgò, illosq; diverso jure censeant à Comitibus & Baronibus, non otiosam existima vi disquisitionem, quousq; Illustrium jure excludi debeant Nobiles, & an hoc ubiq; procedat, quoties in jure Illustrium fit mentio. Ego verò, qui illibatam Illustribus dignitatem esse cupio, Baronibusq; & Comitibus eminentiam suam largior lubentissime, exercitii Academici gratiâ, quod antequam itineri me accingerem, edendum fuit, hâc vice inquiram, quo casu eadem Nobilibus cum Illustribus jura competant. Tenuitatis equidem meæ conscius abundè sum, cui facile est in materiâ hac non levis momenti errasse; Interim veniam mihi polliceor à Lectore Candido, planè confisus, ipsum, quæ Exercitii Academici loco à me suscepta, benignè interpretaturum.*

CAP.





# CAPUT I.

De

## Jure Illustrium & Nobilium in genere.

### SUMMARIA.

Ingressus. n. 1.	Nobiles de jure Romano. n. 51.
De voce juris remissivè. n. 3.	Nobilitas priscorum Germano- rum. n. 54.
Vox Illustris unde descendat. n. 5.	Rex Romanor. nobiles creat. n. 56.
Quot modis sumatur. n. 6.	Differentia Nobilium. n. 59.
Utu Germanie latius patet. n. 8.	An Nobilitas ex Matre attenden- da. n. 62.
Dignitatum ratio apud Romanos. n. 11.	Affirmatur in praxi. n. 66.
Illustrium nomine quinam com- prehensi. n. 13.	De judicio Equestri in Silesia. n. 68.
Spectabiles quinam fuerint. n. 23.	Origo privilegiorum nobilitatis. n. 69.
Clarissimi. n. 27.	Imperator concedit antiquam No- bilitatem. n. 70.
De dignitate Consulium. n. 30.	Nobilis novus ad torneamenta ad- missus semel, non habetur pro antiquo. n. 71.
Perfectissimi. n. 32.	Divisio Nobilium Germanorum. n. 72.
Egregii. n. 33.	Origo Patriciorum. n. 75.
Illustres qui hodie dicantur. n. 34.	De quibus Nobilibus hic agatur. n. 79.
Comites qui sint. n. 36.	
De Comitibus Palatinis. n. 38.	
De Baronibus. n. 41.	
De Dominis. n. 43.	
De Nobilibus. n. 44.	
Quot modis vox nobilis sumatur. n. 46.	



## §. I.

1. **P**Rincipium cujusq; rei potissimam partem esse, docet JCTus Gajus in *L. 1. ff. de O. J.* cujus ratio præprimis ideo habenda, ne ignoratis terminis, cognitio rerum magis implicetur, quàm veritas earum detegatur. Unde sacratissimus Imp. Justinian. in *L. 1. ff. de J. & J.* initium à derivatione & explicatione nominis facere non dubitavit, & Ulpianus in *L. 1. § 1. ff. de pact.* & *L. 1. ff. de Reb. cred.* ut hoc fieret, utiliter monuit. Quapropter ne omisis hisce monitis, illotis, ut ita dixerim, manibus, dissertationis materiam aggrediar, necessarium esse duco, explicationem terminorum generalem præmittere, & viam specialioribus præparare.

2. **§. II.** Et quidem quid vocabulum JURIS significet, unde descendat, & quor modis sumatur, non tantum patet ex *L. 1. pr. L. 11. & 12. ff. de I. & I.* Sed & passim apud JCTos, qui vel ad Institutiones, vel ad Pandectas commentati sunt, & apud Scholasticos & Theologiæ moralis scriptores invenire licet vid. Molina de *I. & L. tr. 1. disp. 2. §. 1.* Lessius de *I. & I. Lib. 2. disp. 2. c. 2.* Hobbes *Tr. de Cive c. 14. n. 3.* Dn. Mauriti. *Dissert. de Princip. Jur. Publ. Germ. c. 1. n. 2. seqq.* Hahn ad Wesenbec. *Tit. de I. & I. n. 74.* Illustr. Dn. de Rhez. *Inst. Jur. publ. Lib. 1. tit. 1. §. 1.* & alii plures.

3. quorsum B. L. remitto. Nobis hic sumitur jus pro jure constituto, seu à divino seu humano Legislatore, & inde competente facultate illius juris effectu fruendi.

4. **§. III.** Vox ILLUSTRIS vulgò derivatur à præpositione IN & LUSTRO, cui sententiæ tamen subscribere non audet Voss. *Lex. Etymol. voc. lustrum in fin.* ob diversas planè lustrum significationes. Quod si verò lustrum pro sacrificii genere sumatur, quo expiatio vel exercitus vel populi præcedente circuitione fiebat, meritò inde ILLUSTRIS appellatio deduci poterit, quod expiatus & purgatus sit à fece plebis, vel vulgi vitiis, & quasi in luce seu conspectu totius populi positus, ut exemplum splendoris & virtutis esse aliis possit. Habet verò vox illa significationes varias (1) idem denotat quod clarus,



clarus, splendidus *Hell*/ut: die jam illustri procedere *Curt. Lib. 3.c.3.* (2) idem quod manifestus *Cic. ad Fam. lib. 10. Ep. 19.* (3) idem quod Nobilis, ut: graves atq; illustres homines *Cic. pro Cael. in re militari factum illustre*, (4) idem quod notabile, ut: maxime fuit illustre *Nep. Epam. c. 7.* (5) denotat titulum dignitatis *L. 60. 61. C. de Decur.* & hæc ultima acceptio nostræ considerationis est, quò sensu solenne erat Romanis, Viros in dignitate Constitutos in Illustres, Spectabiles & Clarissimos distinguere, de quibus videatur *Panciroll. in Notit. Dignit. Ultr. Imper. Usu Germaniæ accipitur titulus hic vel generaliter*, ita ut 8 comprehendat omnes dignitates, Imperatoriam, Regalem, Principalem, Ducalem, Episcopalem &c. quò sensu plurimi *Juris Publ. Scriptores hac voce utuntur.* Eundem Regibus 9 communiter tribuere *Curia Romana olim solebat, prouti Ferdinandum & Isabellam Alexander VI. in ipso diplomate quò Catholicorum Titulum ipsis concessit*, Illustres vocat. *Vid. Bullar. Laert. Cherub. V. 1. p. 392. Marian. de Rep. Hispan. L. 26. c. 12. cit. à Celeberr. Dn. Becmano in Not. Dignit. dissert. 1. c. 4. §. 7. ubi 10 plura hanc in rem exempla affert. Francorum olim Reges viri tantum Illustres dicti, Anton. Matth. de Nobil. c. 3.*

§. IV. Antequam ad specialia deveniamus, monendum 11 esse duco, dignitates & titulos à primis Reipubl. Rom. incunabulis simpliciores fuisse, cum adhuc sub Regibus esset, quibus ejectis Consules appellati pro Regibus. Mox cum latè dominarentur Romani, duplicem Magistratum, Ordinarium & extraordinarium, sibi constituebant. *Ros in antiq. Rom. lib. 7. c. 10. & 16. Lips. de Magistr. Pop. Rom. c. 8. seq. donec res ad imperatores delata*, qui amissam libertatem sub umbra variorum titulorum speciosè delinibant. *Jul. Cæs. Bulenger de Imp. Rom. lib. 3. c. 2. Nicol. Henel. Otio Vrat. c. 23.* Hinc statim sub Augusto 12 illustrium ac clarissimorum origo; Imperante Constantino M. Spectabilium Ordo medius Senatui insertus. *Panciroll. Var. lect. lib. 1. c. 3. accesserunt deniq; perfectissimi L. 1. C. de Equest. dign. Panciroll. c. 6. post hos egregii*, qui nec Senatores nec



8  
nec Equites erant, ut Scriuarii Principis, & olim Notarii Palatii. Panciroll. c. 7. Ultimò addidit Justinianus noster Exarchatus dignitatem. Panciroll. *Notit. Ultr. Imp. P. 1. c. 2. seqq.*

13. §. V. Specialiter autem sub titulo *ILLUSTRIMUM* veniebant de jur. Rom. (1.) Præfectus Prætorio L. 32. pr. C. de Appell.
14. L. 4. C. de Mod. mult. L. 11. C. de Assessor. L. 8. pr. C. de defens. Civit. (2.) Præfectus urbi L. 12. C. de Palat. sac. larg. L. ult. C. ubi Senat. vel clariss. L. 11. C. de Assessor. L. 1. C. de Tutor. l. curat. Illustr. (3) Quæstor, per quem primò Principes minores dignitates largiebantur, & in Senatu orationes, epistolæ ac libelli Principi recitabantur; postmodum verò is ipse ad preces respondit, Leges dictavit, unde à Symmacho dictus fuit Præcum Arbiter, secutis temporibus μέγας λογογράφος, novissimè Cancellarius L. 32. pr. C. de Appell. Menoch. Lib. 2. arb. cas. 68. Althus. in Dicaol. lib. 1. c. 6 n. 23. ab hoc differt Quæstor exercitus, de quo in Nov. 35.
16. ut & Quæstor plebis, de quo in Nov. 80. (4.) Magistri militum
17. L. un. C. ne rei milit. Comit. (5.) Magistri officiorum, ad quos cura totius Palatii spectabat, & apud quem Aulici forum sortiebantur L. 4. C. de Silent. L. 2. C. de Tempor. & rep. appell. L. 11. C. de Assessor. (6.) Comes rerum privatarum, h. e. Procurator Patrimonii L. 6. C. ubi caus. Fisc. L. 8. §. 1. C. de defens. Civit. L. 1. C. de Advocat. divers. jud. (7.) Comites sacrarum Largitionum i. e. Præfecti thesaurorum Principis d. L. 8. §. 1. C. de defens. Civit. L. ult. C. de Susceptor. (8.) Præpositi sacri cubiculi, qui custodiebant cubiculum Principis vel Augustæ L. 1. C. de Prepos. Sac. Cub. & alii vid. Dn. Becman. Not. Dign. diff. 7. c. 1. §. 8. Brisson. de Verbor. Signif. sub voce Illustris Tiraquell. de Nobil. c. 2. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cas. 68. Cujac. ad L. 18. C. de dignitat. (9.) Doctores qui 20. annis docuerant L. un. C. de Profess. qui in urb. Menoch. lib. 2. arb. cas. 68. n. 43. seq. quamvis horum dignitas parum hodiè attendatur B. Dn. Brunnem. ad L. un. C. de Profess. qui in urb. Bugnyon. de LL. abrog. Lib. 2. sect. 92. Anton. Matthæi de Nobil. lib. 1. c. 1. p. 4. vid. tamen Halbritter de privil. Doctor. ubi varia Illustrium jura Doctoribus tribuit fol. 352. seq. Mantz. in special. sub. tit. Dignitas,

Illu-



*Illustris.* (10.) Archiater *L.un.C.de Comit. & Archiat.* Medicus enim Regis dicitur illustris persona. Nolden. *dissert. de Stat. Nobil. Civil. c. 5. n. 42.*

§. VI. *SPECTABILES* dicebantur (1.) Primicerius Cubiculi, qui & Decanus dicebatur, & decem militibus sive cubiculariis præerat *L. 1. & 2. C. de Decan. & Gothofred. ibid. Celebrim. Dn. Becman. Not. Dign. diff. 7. c. 1. § 9.* inde adhuc hodie Decanos Academicos spectabiles dici autumat. (2.) Castrensis Palatii, qui Ministris Principis extra cubiculum præerat *L. 1. C. de Castrensi. & Minister. Dn. Becman. d. l.* (3.) Primicerius Notariorum *L. 2. C. de Primicer.* (4.) Magistri scriniorum *L. 1. C. 28 de Magistr. sacr. scrin. & plures qui maximam partem recensentur à jam laudato Dn. Becman. d. l. § 9.*

§. VII. *CLARISSIMORUM* titulo honorabantur Senatorum filii, filiaeve, & qui Senatum ingrediebantur, sed sententiam non dicebant. *L. femina ff. de Senat. Panciroll. var. lect. Lib. 1. c. 3.* Senatorum autem appellatione generali comprehendebantur Patricii & Consules usq; ad omnes illustres *L. ult. ff. de Senat Rubr. C. ubi Senat. vel clariss.* Imò Consules & Imperatores Consulatum gerentes ipsi titulo *Clarissimi* insigniebantur, quod patet ex subscriptione *L. 22, 23, 24. C. de Pæn. & multis aliis locis. Althus. Diceol. lib. 1. c. 6. n. 24. seqq.* Hinc dicit Tiraquell. *de Nobil. c. 8. n. 16.* eandem Illustrium & Clarissimorum esse dignitatem, idq; probat ex veteri quadam inscriptione, quod forte perpetuum non est. Exinde tamen non sequitur, dignitatem Consularem inferiorem fuisse reliquis. Nam licet Imperatorum tempore Præfecti Prætorio, qui illustris erat, autoritas & potestas maxima esset præ Magistratibus reliquis, dignitas tamen ipsius inferior erat Consulari & Patriciatus honore. Petr. Faber *Semeft. Lib. 1. c. 2. p. 13.* quod vel exinde patet, dum Imp. Consulatum susceperunt, non Præfecturam, Magisterium aut Patriciatum; & Præfectis Prætorio Consulatus honor tanquam illustrior olim deferebatur. Faber *d. l. p. 13. 14.* Hinc est quod Consules etiam supra Illustris referan-



- ferantur *Cujac. ad L. 1. C. de Dignit. Tholosan. Syntagm. Jur. Civ. lib. 47. c. 12. n. 18. L. 26. §. 1. C. de Usur.* Non tamen ibo inficias, Zenonem Patriciatum Consulibus prætulisse *L. 3. C. de Consul. Imò ipsum Imperatorem Justinianum §. 4. §. quib. mod. Jus Patr. pot. solv. L. ult. C. de Consul. quod Gothofred ex Contio, non de gradu, sed duratione intelligit ad d. §. 4. donec Consulatus in Fl. Basilio ann. Christ. 541 planè defineret vid. Fasti Consul.*
32. §. VIII. *PERFECTISSIMI* dicebantur post Ordinem senatorium proximi, qui Equitibus digniores erant *L. 1. C. de Equest. dign. ut Præses Arabiæ L. 18. C. de Pæn.* Equestri ordinis summa dignitas erat Præfectura Prætoriana, & hos ex Equitibus, non verò plebe aut Senatoribus à Principibus electos fuisse, testatur Dio *Lib. 52. Histor.* *EGREGII* erant Scriptorii Principis h. e. qui scrinia iisque contenta mandata, epistolas &c. in archivis tractabant, de quibus omnibus vid. Panciroll *Not. Ultr. Imp. p. 1. c. 2. seqq.* & in *Thesaur. Variar. Lect. lib. 1. c. 7.* Dn: Becman. *d. tr. diff. 7. c. 1. §. 8. seqq.* Althus. *Dicaol. lib. 1. c. 6. n. 25.* Hugo Donell. *lib. 24. c. 14. n. 6.*
34. §. IX. Hodie mutata Romani Imperii facie generatim quidem titulus illustris comprehendit omnes dignitates; in specie autem Comites & Barones titulum hunc sibi vindicant. Speidel. *sub voce Titul. Dn. Multz. de Imper. Maj. P. 1. c. 20. §. 6. n. 30.* & *P. 2. c. 26. n. 49.* Illustr. Dn. de Rhetz. *in comment. jur. Feud. Lib. 1. tit. 1. §. 1.* Ex clero illustribus accensentur Episcopi & Abbates. Dn Multz. *de Imp. Maj. P. 2. c. 26. n. 56.* Bartol. *in L. 9. ff. de J. & J. Tusch. Concl. 237. n. 8. Lit. E.* Barbof. *de Offic. & Potest. Episcop. P. 1. c. 2. n. 12.* Imò & illi, qui in Principis consilio sunt, illustres vocantur *Vid. §. 3. pr. Inst. Nolden. de Stat Nob. Civ. c. 5. n. 32. B. Dn. Ziegler de jure Majest. Lib. 1. c. 28. n. ult.*
36. §. X. De Comitibus sciendum, quod eorum dignatio antiquitus potissimum ad jus dicendum pertinuerit, Cassiodor. *L. 6. var. c. 7. 8. 18.* Bœcler. *Lib. 8. c. 1.* Conring. *de Republ. Imp. German. Exerc. 1. tb. 35. Exerc. 3. tb. 73. Exerc. 4. tb. 6.* Gloss. *Spec. Saxon. Lib. 3. art. 13.* Ein Graff bedeut nach altem Säch-



Sächsischen Deutschen ein Richter / darumb haben diesen Nahmen viele unterschiedene Richter ; Et adhuc<sup>37.</sup> hodie varia Comitum munera in u. s. sunt ut: **Boh-Gräffen** qui omnes judicis officium referunt. Dn. de Rhetz *jur. Publ. Lib. 1. tit. 17. §. 14.* Imò huc pertinent hodierni Comites Pala-<sup>38.</sup> tini sive Comites sacri Palatii Lateranensis, non Romani, sed Aquisgranensis vel Consistorii Imperatoris, quorum officium à priscà illà Comitum Palatinorum consuetudine quoad antequam dependet, nam & his judicandi potestas Imperatoris nomine competit quoad actus voluntariæ jurisdictionis, qui ex diplomatibus eorum addiscendi. Carpz. *de L. Reg. Germ. c. 10.* Mundius *in Tract. de Comitib. Palat.* Qui tamen Comites Pa-<sup>39.</sup> latini longè differunt ab illis, qui de Palatinatu investiti sunt, quæ principalis est dignitas, uti omnibus notum. De illis<sup>40.</sup> autem hic nobis sermo non est, quorum dignitas vel infra vel supra Illustres est, sed tantum de iis, qui vel jure Romano titulo illustris insigniti, vel hodie de Comitatu vel Baroniam in imperio nostro investiti sunt, si vel maximè plures Baronias aut Castellantias non habeant, quod requirunt Anton. Peretz. *ad C. de dignit. n. 19. seq. Limn. lib. 4. c. 4. n. 20. & c. 5. n. 10.* vel honorem Comitum à Cæsareâ Majestate acceperunt, sive sint mediati, sive immediati, solliciti sumus; quippe quorum dignitas non amplius ab officio dependet, sed dignitate, familiæ vel sanguini quæsitâ.

§. XI. De Baronum origine, divisione, officio & digni-<sup>41.</sup> tate vid. Speidel. *in Specul. jur. sub voce. Gau oder Graf & sub voc. Frenherrn/Freyen.* Conring. *de Rep. Imp. Germ. Exerc. 1. th. 12. & 35. Exerc. 3. th. 73. Exerc. 4. th. 6. seqq. Ex. 6. th. 38 seq. th. 90. seq. Exerc. 9. th. 33. Ex. 10. th. 15.* Bœcler. *Not. Imp. Lib. 8. c. 1. 2. Lib. 9. c. 1. & 2.* B. Dn. Ziegler. *de jurib. Majest. lib. 1. c. 28. th. 11. seqq.* Dn. Becman. *Not. dignit. Diss. 9. & 10.* Nos Barones hic vocamus<sup>42.</sup> illos, qui dignitate hæc ab Imperatore ornati, & vel de Baronatu investiti sunt, vel non; Uti enim Imp. Comites creare po-  
test,



test, utut Comitatu destituantur, ita & Barones sine Baronia; Nam non amplius ex prædiis illos æstimamus, sed ex dignitate ab Imperatore promerita. Unde pariter nihil refert, an Barones subsint Imperio immediatè, an Principi Imperii. Hi verò ante Nobiles, post Comites, & nonnullos DOMINOS ponuntur. Bæcler. *Not. Imp. Lib. 9. c. 1.* Dominorum enim appellatio absolutè posita plerumq; dignior credita Baronis appellatione, unde in omnium Principum titulis certa loca reperiuntur in quibus se Dominos scribunt, nunquam verò Barones. Dn. Præf. *not. ad Illustr. Dn. de Rhetz. jus Publ. lib. 1. tit. 17. §. 17.* & tribuitur ipsis in Imperio Titulus den Wohlgebohren Dn. Becman. *de Dignit. Diss. 10. c. 2. §. 4.*

44 §. XII. Vox Nobilis ratione Etymologiæ incerta esse videtur, cum tot sint de ea Dd. opiniones, ut quam eligam, dubitare possim; Receptissima tamen est, eam derivari à noscendo quasi noscibilis. Tiraqvell. *de Nobil. c. 2. n. 3.* Sonsbek. *de Feud. P. 7. n. 20.* Nolden. *de Stat. Nobil. civ. c. 1. concl. 1. n. 1.* eò, quod virtus Nobilium præ cæteris noscibilis sit; hinc Nobilitas nihil aliud est, quam cognita virtus Höping. *de Jur. Insign. c. 19. n. 139.* Senec. *de Benef. lib. 3. c. 28.* Germ. Ein Edelman à Germ. Adel. 45 Juncker qs. Jungherr. Non incongrua est allusio, quâ die von Adel ducuntur vom Adler/sub cuius signo Imperatorib. fidelissimè militarunt. Ut enim aquila, volatu suo altius penetrando, omnes aves longo post se intervallo relinquit: Ita maximè belli gloriâ Nobiles aliis antecellere oportet. Caspar à Lerch. *P. 1. Reichs-Ritterl. Adels herkommen. p. 5.* Rein. Reinec. *lib. vom Ursprung des Adels. Nolden. c. 2. n. 2.* Höping. *de Insign. c. 6. n. 1347. §. 1354.*

46 §. XIII. Triplicem significationem vox Nobilis involvit & idem (1) quod notus denotat, ut: iis nunquam nobilis fui. *Plaut.* (2) idem quod celebris (3) Titulum & dignitatem, quæ acceptio huc pertinet, & ab aliis tribus Dn. Becman. *Not. Dignit. diss. 11. c. 1. n. 2.* ab aliis quatuor modis, ut à Gregor. Nazianz. *Orat. 28. alleg. à B. Dn. Ziegler. de Jurib. Maj. lib. 1. c. 28. §. 22.* sumitur.



tur. Nos hic loquimur de Civili nobilitate, quæ vel genera-  
 lis est sive superior, & omnes dignitates civiles comprehen-  
 dit. Knipschild. *de Fideicommiss. fam. nobil. c. 1. n. 4. & c. 4. n. 3.* Si-  
 mon. *de Ver. Nobil. c. 4. fin.* Draco *de Origine & jure Patric. lib. 3. in*  
*proæm.* Höping. *de insign. c. 22. n. 12. seqq.* Brisson. *de V. S. sub voc.*  
*Nobilis.* Tiraquell. *de Nobil. c. 6. n. 51.* Bœcler. *not. Imp. lib. 10. c. 1. n. 2.*  
 Speidel. *Spec. Jur. sub voce* **Adel.** Sic Imperator à Jcto Scævola  
*L. 3. ff. de Natal. restit. vocatur NOBILISSIMUS L. 11. C. de trans-*  
*act.* **NOBILIS L. 1. & 5. C. de Feriis.** Anton. Matthæi *de Nobil.*  
*c. 3.* Panciroll. *thesaur. var. lect. lib. 1. c. 2. &* Carolus Junior Vasco-  
 num Rex nobilis dictus, Dn. Becman. *d. tr. diff. 11. c. 1. n. 4.* Pri-  
 mogenitus Daniæ olim **Juncker Otto von Dennemarck**  
 vocatus. Spangenberg. *in Chron. Henneberg. lib. 5. c. 5. & 12.*  
 Reiner. Reinecc. *Tr. von des Adels herkommen fol. 144.*  
 Stumpf. *Chron. Helvel. lib. 4. c. 30.* Feltman. *Tr. de tit. Honor. lib. 1. c.*  
*35. n. 2. seqq.* Imo Principes Imperii olim hoc titulo usi sunt, ut  
 Duces Brunsvicenses in Diplom. ann. 1374. ibi: **We Junckere**  
**herren Frederick / Berend / Henrick und Otto &c.**  
 & civitas Brunsvicensis ann. 1400. scripsit: **We Raht der**  
**Stadt Brunshwig bekennen / das uns der Hochge-**  
**bohrne Fürste Juncker Otto / Hertog tho Brunshwig /**  
**unse lewe gnädige Juncker Dn. Maurit.** *de Nobilit. Germ. th.*  
*6. qui titulus olim Principum, deinde Baronum liberis, postea*  
*Nobilibus tributus.* Cyriac. Spangenberg. *in Chron. Schaum-*  
*burg. lib. 4. c. 18.* Springsfeld. *de Appan. c. 3. n. 19.* ubi tradit Cano-  
 nicos olim Gottes Junckern vocatos, de quo tamen dubitat  
 Dn. Becman. *Not. Dignit. Diff. 11. c. 1. n. 6.* Clemens V. Pontifex  
 Rudolphum Baviaræ Ducem nuncupat **NOBILEM** virum  
 Gewold. *de S. R. I. Septemvir. c. 6.* Leo X. Ludovico Elect. Palat.  
 titulum **NOBILIS** in literis tribuit. Freher *in Epist. Respons. de*  
*Elect. Rom. Imp. Comit. Palat. Rhen. antiq. annex.* Elector tamen  
 Saxoniarum & alii Protestantes literas Pontificis M. Pii IV. hoc  
 titulo inscriptas, ann. 1561. in conventu Naumburgensi resi-  
 gnare



gnare noluerunt. Chytr. *in Sax. lib. 2. p. 525.* Arnd. *Not. ad Trutin. Stat. Europ. p. 145.* Reinking. *de Regim. Sec. lib. 1. clas. 5. c. 10. n. 8. seq. Limn. lib. 4. c. 6. n. 55.*

- §1 §. XIV. In specialiori significato apud Romanos præter Patricios, quos Romulus ipse super Vulgus evexerat, Nobiles censebantur, qui vel ipsi vel eorum Majores Magistratum Curulem ut Consulatum, Censuram, Præturam, Ædilitatem gesserant, indeq; imaginum jus habebant. Dn. Becman. *Not. Dign. Diss. 10. c. 2. §. 8.* Rosin. *antiq. Rom. lib. 1. c. 19.* Sigon. *de Antiq. jur. Civ. Rom. lib. 2. c. 20.* ubi, quid sit imago, exponunt. Briffon. *de V. S. sub voc. Nobilis.* Bodin. *de Republ. lib. 3. c. 8. n. 151.* Illustr. Dn.
- §2 de Rhetz. *jur. Publ. lib. 1. tit. 19. §. 7.* Et hæc nobilitas alia erat patricia, alia plebeja Liv. *lib. 1. c. 8.* Patricii ipsi alii majorum gentium, quales illi, qui ex Romuli censu descendebant; alii minorum gentium Liv. *lib. 1. c. 15. 35. & 47.* Cic. *lib. 9. Ep. fam. 21.* Plebeji Nobiles, Tacit. *Lib. 11. Annal. c. 25.* Cic. *lib. 5. Ep. fam. 18.*
- §3 erant vel veteres vel novi; Veteres quorum majores Magistratum gesserant; Novi qui primi ipsi ad Magistratum admoti, Anton. Matthæi *de Nobil. lib. 1. c. 1. pr.* quorum plures imagines, eorum major nobilitas Val. Max. *lib. 2. c. 9.* Unde colligere licet, titulum Nobilis etiam illustres, qui Magistratum omnes gerebant L. 3. C. *ubi Senat. vel clarisf. L. 3. C. de Consul.* comprehendisse, quorum Nobilium liberi ab aliis vestimento & habitu distinguebantur. Plin. *lib. 33. cap. 1.* Macrobi. *lib. 1. Saturn. c. 6. L. 23. §. 2. ff. de aur. & arg. Leg. L. 3. §. fin. ff. de lib. exhib. §. 1. 7. de Injur.* Speidel. *sub voc. Adel.* Ex prisca Germanorum nobilitate
- §4 Reges fuerunt electi, Tacit. *de Morib. Germ. c. 13.* Jul. Cæs. *de Bell. Gallic. Lib. 6.* Conring. *de Rep. Imp. Germ. Ex. 3. th. 47. Ex. 1. th. 35.* Primi nobilitatem virtute suâ sibi acquisiverunt. Crusius *de Praced. p. 818. n. 24.* illam verò non transmiserunt ad heredes: Postmodum Germani, & imprimis Saxones hunc nobilitatis titulum militare, feudalem, hereditarium ac patrimoniale fecerunt. Frid. à Sande *ad C. Geldria c. 3. n. 6.* Lansf. *de Ord. Eqvestr. th. 1. in fin.* Dn. de Rhez *Comment. Feud. Lib. 1. tit. 1.* Unde
- §5 de



de illi Nobiles vocare ceperunt, quibus contigit Patre nobili nasci; quo ipso tamen excludendi non sunt, qui noviter ab Imperatore, Regibus aut ab aliis, qui jus istud jure suo habent, vel aliis communicarunt, ob bene merita creati sunt. B. Dn. Ziegler. *de jur. Majest. lib. 1. c. 28. §. 25.*

§. XV. Hinc Imperator & Rex Romanorum non tantum mortuo Imperatore, sed etiam eo vivo adhuc, & ad clavum Imperii sedente, Nobiles creat *Rec. Imp. de annò 1548. §. swiewohl auch in der Regierungs-Handlung bedacht.* Capitul. Ferdin. 3. *art. 46.* Cap. Ferdin. 4. *art. 44.* Capitul. Leopold. *art. 44.* Dn. Mauriti. *Dissert. de Nobil. th. 9.* ubi ad formulas literarum, quibus Reges Romanorum nobilitatem concesserunt, provocat: quod tamen vel ad casum Imp. absentis, vel consentientis restringendum videtur. Vicarii Imperii. Stamler *Tract. de Reservat. Imp. §. ult. n. 3.* Reges alii, Elector Brandenb. tanquam supremus Dux Prusiae; Imo & alii quidam Principes ex speciali privilegio Nobiles creant, quorum virtus vel sago vel togâ eminuit. Facile ergo admittendi non sunt Mercatores, Sartores & qui sunt de Opificum genere; & ridiculum satis fuit diploma, cujus meminit Speidel. *sub voc. Adel/* in quo hæc nobilitatis causa expressa: *Es hatte sich sein Vater mit Stockfisch in die Kaiserl. Küchen zu führe/wohlverdient gemacht* &c. Imò Carolus V. scribis & falsis venditoribus dummodo 25. vel circiter aureos nummos solverent, nobilitatem concessisse dicitur. *Limn. Jur. Publ. lib. 6. c. 1. n. 53.* Virtus enim nobilitatis fundamentum, quâ deficiente, deficit vera nobilitas; Unde apud Turcas nulla nobilitas in pretio est, nisi quam propria pepererunt facta. *Busbeqv. Ep. 1. Legat. Turc.* Hodie adhuc differentia est inter Nobiles utroque Parente nobili natos, & inter illos, qui Patre nobili, matre verò plebeja prognati, ut & illos, qui noviter hos impetrarunt honores. *Coler. P. 1. Dec. 203. n. ult.* Longe clarior enim & illustrior filiorum generositas & nobilitas est, si paternæ generositati ex parte matris quoque præclara nobilitas accedat, *Myler. Gamol. c. 5. th. 37. seqq.*

§. XVI.



- 60 §. XVI. Apud Longobardos & Saxones olim liberi non Patris Nobilis, sed Matris plebejæ conditionem sequebantur, uti ex Gloss. *ad art. 16. in fin. Lib. 1.* Landrecht notat Gryph. *de Weichbild. Sax. c. 46. n. 12. verb. die Pomparter und die Sachsen schlagen den geringen Eltern nach.* Nolden. *d. tr. c. 8. n. 60. & 62.* Dn. de Rhez. *jur. Publ. lib. 1. tit. 19. §. 8.* contra placita juris civilis *L. 19. ff. de Stat. Hom. L. 1. §. 2. ff. ad municip. L. 22. L. 36. C. de Decur.*
- 61 Pariter apud Tricassios aut Tricassinos Campaniæ in Gallia populos, olim liberi Matris Nobilis conditionem, non attento quod Pater esset plebejus, secuti sunt. Cujac. *de feud. lib. 4. tit. 32.* Dn. Ziegler. *de Jur. Maj. Lib. 1. c. 28. rb. 28.* ubi causam & originem hujus instituti explicat prolixè.
- 62 §. XVII. Hinc oritur quæstio, an consuetudo probanda sit, ut Nobilitas etiam ex parte matris attendatur? Bartolus
- 63 negat *arg. L. 36. C. de Decur.* Nos putamus, hinc duplicem subesse quæstionem; aut enim quæritur de Nobilitate Matris, si Pater sit plebejus, filium nobilitantis? & sic suffragamur Bartolo, quia per hoc Naturæ ordo immutatur, qui vult, ut uxor radiis mariti, non maritus splendore uxoris enitescat, & femina viri familiam, non vice versâ, seqvatur, maritusq; caput uxoris sit; Nec nos movet objectio Noldenii *c. 8. n. 61.* nobilitatem sc. dependere ex jure civili, hoc autem esse mutabile.
- 64 Negamus enim nobilitatem juris civilis inventum esse, cum nulla fere gens sit, quæ virtuti præmium aliquod non ponat. Limn. *jur. Publ. lib. 6. c. 1. n. 20. seqq.* Bœcler. *Notit. Imp. lib. 10. c. 1. n. 1.*
- 65 Dn. Ziegler. *de Jurib. Majest. c. 28. lib. 1. §. ult.* Aliter dicendum esse putamus, si quærat, an certa quædam jura, si & Mater Nobilis sit, filio recte tribuantur? Et hoc affirmandum censemus, quia hæc jura ex civili ratione dependent; Ergo etiam Lege Civili caveri potuit, ut si quis capax eorum esse velit, suæ dignitatis & splendoris originem ex utroq; deducat Parente. Nolden. *c. l.* Myler. *Gamol. c. 5. §. 40.*
- 66 §. XIX. Quicquid hujus sit, utriusq; quæstionis exempla



pla in praxi dantur, & pertinet huc *L. 1. §. 2. ff. ad Municip.* imò ad torneamenta, quorum etiam pertinere videntur hastiludia seu exercitia, quibus Principes & Nobiles zum freien Rennen ad hastam vibrandam, vel ad annuli immisionem, zum Ringel-Rennen/ vel ad ficti hominis & umbratilis pugnam instruuntur, quæ quintani jaculatio vulgò eine *Quintain* Seule dicitur, ad Canonicatus in Capitulis majoribus in denen hohen Stifftern/ ut & in Collegiis Equitum Johanniticorum & Marianorum (quæ Collegia à majoribus ideò instituta, ut familiæ Illustres & Nobiles numerosa prole pollentes, post singularia, in bello contra infideles suscepto, merita receptum habeant, ubi commodè vivere queant, ne omnes hereditati Paternæ incumbere teneantur Myler. *Gamol. c. 1. tb. 40. seq.*) nemo admittitur, nisi qui sedecim Majores nobiles, die zu Schild und Helm und Stifftmäßig gebohren / ex utroq; latere continua serie numerare possit. Reinhard. *Com. in Solms. in Germ. libell. Von des Adels Ursprung.* Autor des Turnier-Buchs *sub. tit. von Verkündigung aller Turniers-Freyheit §. Und ob ein Turnier Genos.* Nolden. *d. tr. c. 8. n. 62.* Fritz *de Nobil. concl. 20.* Speidel *sub voc. Adel. Coler. p. 1. dec. 203. n. ult.* Dn. de Rhetz. *comment. Feud. lib. 1. tit. 1. n. 13.* Petr. de Andlo *lib. 1. c. 13.* Per conventum tamen Franconicæ Nobilitatis an. 67 1485. Bambergæ habitum, provisum, ut ad torneamenta admittatur, wenn einer eines Ehrbahren Bürgers fromme und unverleumbde Tochter von den Geschlechten oder Ehrbahren aus den Städten nehme/ umb seiner Nahrung und Auskommens willen seines Stammes / doch daß die Thme unter 4000. Guld. nicht zubrächte/den sol man es nicht verargen/ Ihm und seine Kinder reiten lassen / doch mag man ihm schlagen. Myler. *Gamol. c. 5. tb. 39.* In Silesia ad jus & judicium Equestre 68 requiritur, das ein Edelmann beweise und dartzue/ Er sey vierschuldig und von vier Väterlichen und

C

Müt-



Mütterlichen Ahnen geböhren. Georg. Wentzki *in Tract. von den Schlesiſchen Ritter, Rechte und Ehren-Berichte. p. 39. ſeq.*

69 §. XIX. Horum privilegiorum originem ad Henricum Aucupem communiter referunt, vel non longè ejus ætatem excedere contendunt. Münster. *d. lib. 3. c. 449.* Joh. Jacob Graffer *lib. 9. ſeiner Schatzkammer tit. von Ausſpurg Illuſtr. Dn. de Rhez. Comment. feud. lib. 1. tit. 1. n. 14. ſeqq.* quorum requiſita videri poſſunt Gloſſ. *lib. 1. Landrecht art. 51. n. 3.* Freher *lib. 2. Origin. Palat. 18.* Gryph. *de Weichbild. Saxon. c. 46. n. 9. ſeqq.* Dubitandum ergò non eſt, Nobilitatem, quò antiquiorem, eò majorem eſſe. Tiraquell. *de Nobil. c. 19. n. 1.* Barboſ. *in Collect. ad L. 1. C. de Vet. jur. enucl. & ad L. 2. n. 47.* & illam multo Illuſtriorẽ eſſe, ſi ex parte quoque Matris Nobilitas accedat. Cravett. *Conf. 982. p. 6. n. 5.* Cephal. *conf. 615. lib. 5. n. 63. ſeqq.* Natta *tom. 3. conſil. 637. n. 18. ſeqq.*

70 §. XX. Pari ratione ambigi non poteſt, quin Imperator aliquem ita nobilitare queat, ut habeatur pro eo, qui ab utroque latere avos ſuos numerare valet: *Als weſſ Er zu Schild und Helm und Stifftmäßig geböhren wäre* / nam omne hoc dependet à Majestate, B. Dn. Ziegler. *de jur. Majest. lib. 1. c. 28. n. 24.* Dn. de Rhez. *jur. Publ. lib. 1. tit. 19. §. 1.* Cujus tanta eſt vis, ut tales Nobiles etiam extra Imperium æſtimentur. Bœcler. *d. l. exempla adducit Nolden c. 8. num. 63.* Lindenspier. *diſſert. de famil. orig. mut. c. 30. n. 19.* Stamler. *de Reſerv. Imper. §. 56. n. 5.* Quamvis dubitem an in praxi ad exercitia Equeſtria admittantur, utut de jure admitti deberent.

71 §. XXI. Aliud fortè obtineret, ſi Princeps recens creatum Torneamenti ſemel intereſſe pateretur, quo ipſo illi jus quoad futura conceſſiſſe non videtur; non enim quod



quod Principi placuit mox in Legis necessitatem trahendum est, & sufficit illum ex hac gratiâ quoad hunc actum deterioris conditionis intuitu Nobilium antiquorum non fuisse; Nec, si Pater nobilis recentior ob bene merita sua in Capitulo fuit admissus, idem filios prætere posse puto, quippe quibus formale requisitum adhuc deest, quod per Patris merita tanquam personalia non suppletur, nisi certo constet de dispensante Superioris voluntate.

§. XXII. Nobiles Germani antiquissimi sunt Spei-  
 del. in specul. sub voce Adel / & dividuntur in mediatos, &  
 immediatos; Hi sunt qui regulariter Imperio tantum sub-  
 sunt Rec. Imp. de anno 1555. §. und in solchen Frieden. & Re-  
 cess. de anno 1542. §. demnach haben wir. Illi qui feuda re-  
 cognoscunt à Principe Imperii; & hi in Saxoniam vocantur  
 Landsassen / qui dividuntur in Amptsassen und Schrifftsas-  
 sen. Wehner in observ. Pract. voc. Amptsassen. Inter illos  
 ratione nobilitatis differentia nulla; ratione jurium ma-  
 gna. Lendersheim. de jure & privil. Nobil. liber. quorum  
 præcipuum ferè est, quod etiam habeant jus circa refor-  
 mationem religionis Instr. Pac. art. 5. Status tamen Im-  
 perii non sunt, nec jus superioritatis territorialis habent.  
 Bœcler. not. Imp. lib. 10. cap. 2. Dn. de Rhez. jur. publ. lib. 1. tit.  
 19. §. 18. Origo immedietatis à seculo XIII. repetenda.  
 Sprenger jur. Pub. pag. 184. & 185. Ludolph. Hugo de Statib.  
 Reg. German. cap. 1. §. 8. Dn. de Rhez. jur. Publ. lib. 1. tit. 19. §. 16.  
 Deinde à loco habitationis dividuntur in illos qui ruri ha-  
 bitant, & illos qui in urbibus degunt; & Hi vocantur Patri-  
 cii. Henricus Auceps enim in Civitatibus metuens ab  
 Ungarorum irruptione, virtute militari præstantes, Nobi-  
 lium ordini adscripsit, qui postmodum Patricii vocati.  
 Tiraqvell. de Nobil. cap. 2. Veram igitur habent  
 Nobi.



Nobilitatem, hujus tamen aestimatio propter studium vitæ privatæ paulum videtur decrevisse, ita ut illis, qui ruri degunt, in omnibus non æquiparentur; ob quod  
 76 Britanni Nobiles in civitatibus habitare ignominie loco existimant. Choppin. *de privil. Rust. lib. 2.* Ex adver-  
 77 so in Hispaniâ & Italiâ moris est, ut utraq; Nobilitas sive ruri, sive in urbibus degat, æquali gaudeat dignitate. Machiavell. *lib. 1. de Republ. c. 55.* Chassan *p. 5. Const. 49.* Tiraqvell.  
 78 *de Nobil. c. 2.* Equidem ex usu moderno honorabili titulo *der Jungherren* compellari solent. Draco *de Orig. Patric. lib. 3. c. 2. n. 3.* Sed ad distinctionem reliquorum, cum addito *Stadt Jungckherren Knipschild. c. 1.*  
 79 §. XXIII. Nos hic loquimur de Nobilibus quæ talibus, h. e. contradistinctis Principibus Ducibus, Comitibus, Baronibus  
 80 & Plebejis, sive sint mediati sive immediati. Nunc ergo visuri, in quibus eadem cum Illustribus habeant jura; quod dum facio, iterum iterumq; protestor, me dignitati Illustrium eo ipso nihil detracturum, probè gnarus illius Plinii: *Ute discrimina ordinum, dignitatumq; custodias, quæ si confusa, turbata, permixtaq; sint, nihil est ipsa æqualitate inequalius.* Plin. *lib. 3. Ep. 5.*  
 81 Non enim propositi mei est, evincere, illos etiam quoad specialissima comparandos esse Illustribus, ita enim planè nulla diversitas maneret, & dignitatum in Republ. fieret confusio; sed tantùm videbo, an ea, quæ jure nostro  
 82 prodita sunt, Nobilibus etiam applicari queant. Equidem non desunt qui Nobiles etiam inter Illustres referunt, quod facit Menoch. *A. I. Q. lib. 2. cent. 1. caus. 70. n. 10.* Tiraqvell. *de Nobil. c. 2. n. 46.* Farinac. *qu. 77. c. 5. n. 11.* quod fortè de jure  
 83 Romano procederet, *vid. §. 14.* Attamen hodie aliud obtinet; nam Illustrem esse, & jura Illustrium habere, longè differunt; Et quamvis etiam hoc neget Dn. Multz. *de Imp. Maj. p. 2. c. 26. n. 52.* Illud tamen de specialissimis nonnullis intelligendum esse existimo.



# CAPUT II.

## De Jure Illustrium circa Personas Nobilibus Communi.

### S U M M A R I A.

<i>Illustr. &amp; Nobil. eandem habent</i>	<i>An sit verum matrimonium</i>
<i>potestatem Dominicam n.1.</i>	<i>n.30.</i>
<i>Et patriam. n. 4.</i>	<i>Pacta hujus matrimonii. n.31.</i>
<i>Nobilitas non liberat à patria</i>	<i>De Morgengaba. n.34.</i>
<i>potestate. n.7.</i>	<i>Illustr. &amp; Nobil. nuptia &amp; exe-</i>
<i>Quid circa sponsalia &amp; nuptias</i>	<i>quæ splendidius celebranda.</i>
<i>Illustrium &amp; Nobil. obtinuerit.</i>	<i>n.36.</i>
<i>n.8.</i>	<i>De adoptione &amp; arrogatione.</i>
<i>Personarum delectus requiritur.</i>	<i>n.37.</i>
<i>n. 14.</i>	<i>De unione prolium. n.38.</i>
<i>De nuptiis Nobilis cum ignobili n.</i>	<i>De tutelis. n.40.</i>
<i>15. seq.</i>	<i>Ad quem hodie tutoris datio spe-</i>
<i>De nuptiis foeminae Illustris cum</i>	<i>ctet? n.50.</i>
<i>Nobili contractis. n.18.</i>	<i>De tutela Illustrium &amp; Nobil. ho-</i>
<i>De nuptiis Principis cum foemina</i>	<i>dierna. n.54.</i>
<i>nobili. n.20.</i>	<i>Quando finiatur. n.59.</i>
<i>De ritibus sponsaliorum nuptia-</i>	<i>De Curatela n.60.</i>
<i>rumq. n.21.</i>	<i>De venia ætatis impetranda.</i>
<i>An proclamatio omitti possit. n.22.</i>	<i>n.61.</i>
<i>De matrimonio ad morganati-</i>	<i>Foemina Nobilis an Curatore opus</i>
<i>cam. n.25.</i>	<i>habeat in Saxonia? n.63.</i>

### §. I.

**A**D Specialia Illustrium personarum jura nunc pro-  
gressurus, ratione Dominicæ potestatis nihil quod  
Nobilibus pariter commune non fit, reperio. **Cum**

**C**3

**vero**

di-  
lis,  
rod  
nia  
er-  
ive  
la-  
ell.  
alo  
ric.  
di-  
e.  
ib9  
fu-  
um  
um  
lle  
r-  
lib.  
am  
m  
bl.  
ro  
em  
od  
de  
re  
b-  
gè  
mp.  
II.





- verò jure Romano primitus potestas fuerit omnibus & singulis in servos, ut vel ipsos occidere, vel servare possent. §. 1.
2. *J. de his qui sui l. alien. jur.* postea tamen illud Constitut. Divi Antonini Pii prohibitum, ne quis servum sine causa occideret *d. §. 1. justæ verò causæ exempla vid. in L. 24 ff. ad L. Jul. de adult.* Multò minus hodie tale quid licebit, cum servos non habeamus, nisi captos infideles; Homines enim proprii, & servi conductitii, libertate gaudent. *Mev. p. 4. dec. 19.* in tantum, ut Dominus five sit Illustris, five Nobilis nimium sæviens, cautionem de non offendendo præstare cogatur *Mev. d. l.*
  4. §. II. Quoad patriam potestatem nihil præcipui habent Illustres præ Nobilibus & aliis, nec ulla dignitas de jure Romano illam solvit §. 4. *I. quib. mod. jus patr. potest. solv.*
  5. Excipitur saltem summa Patriciatus dignitas *d. §. 4. L. fin. C. de Consul.* quæ Illustris est *d. L. fin.* & longè alia est, quàm quæ genti plebejæ opponebatur. *Strauch. Instit. jur. Publ. lib. 1. tit. 27. pr.* Hodie pleræq; dignitates à patria potestate liberant
  6. *Nov. 81. Nov. 70. Nov. 38. L. fin. C. de Decur.* Sed an Nobilitas aut superior dignitas? Hoc dubium; cum nullibi id expressum, nisi alia functio accedat; sed hoc certum, Illustres & Nobiles nostros liberos suos habere in potestate, donec legitimo modo liberentur. Idq; colligi potest ex exemplo Joh. Frideric. Ducis Saxon. qui à Carolo V. ad patriam potestatem expressè fuit restitutus. *Hortleder. Vom Anfang/fort-und endlichen Ausgang des teutschen Krieges. lib. 3. c. 88. p. 730. edit. prior. Dn. de Rhetz Jur. Publ. lib. 1. tit. 20. §. 1.*
  8. §. III. In sponsalibus & nuptiis requisita juris civilis & Canonici personis Illustribus & Nobilibus observanda sunt, & pariter personarum habitas & justa ætas, legitimusq; contrahendi modus necessarius est; se enim exemptos ab hisce docere non possunt. Hinc requiritur pubertas, consensus Parentum, & alia observari solita, sc. ne  
vin-



vinculo huic quid obstet. Olim jur. Civ. in nuptiis illustrium instrumenta dotalia necessaria erant, per Nov. 117. c. 9. 4. quo constaret de affectu eorum maritali, d. Nov. c. 4. & 6. Excipiebantur tamen Illustres Barbari, Romano Imperio subjecti, ut Gothi, Vandali, & simil. qui frequentes erant in Comitatu Justiniani, propter eorum simplicitatem, quæ non visa fuit adstringenda ad illam subtilitatem instrumentorum dotalium. Stephan. ad Nov. 22. n. 11. 12. seqq. & ad Nov. 117. n. 11. Reliquis dignitatibus & sic etiam Nobilibus (modò non insuper in illustri functione existant) etiam sine dotalibus instrumentis liberrimè permittebantur nuptiæ. d. Nov. 117. c. 4. & 6. Auth. sed novo jure. C. de natural. liber. & sic abrogatæ sunt LL. ff. & C. ut L 9. de Senat. L. 16. 23. 43. 44. ff. de rit. nupt. L. 7. in fin. C. de incest. nupt. Nov. 22. c. 10. His neglectis, hodie matrimonia sunt liberrima, si excipias Galliam, ubi Principes sanguinis & Illustres personæ sine præscitu Regis nuptias contrahere non possunt. Ærod. lib. 4. Pandect. rer. judicat. tit. de nupt. c. 7. Et quavis hodie ejusmodi dotalia instrumenta quoad probandum matrimonium, aut partum ante nuptias susceptum legitimandum necessaria non sint, cum per benedictionem sacerdotalem illud fiat; frequentissima tamen sunt pacta dotalia, præprimis inter nobiles & illustres, de quibus vid. Dn. Præses. caut. contr. sect. 3. c. 8. §. 1. seq.

§. IV. Ut sit liberrimum hodiè, matrimonia inire, personarum delectus tamen requiri in Illustribus & Nobilibus videtur, Vultej. Vol. 2. Conf. 4. n. 16. Imhoff de Rat. Stat. c. 2. L. 42. ff. de Rit. nupt. Nicol. Bets. de pact. dotal. c. 6. fol. 156. L. 43. seq. 49. ff. de Rit. nupt. L. 1. §. 13. ff. de agnos. & al. lib. Michael. Piccart. obs. Polit. Decad. 9. c. 1. ne dum plebejæ conditionis fœminam sibi jungunt, liberis suis jura Nobilitatis antiquæ præter meritum auferant. Negari equidem non potest, uxores tales quoad omnia mariti dignitate gaudere, etiam titulum illustris vel generosæ prætere posse, arg. L. fin.



- fin. C. de Palatin. sacrar. Largit. Franc. Niger. Cyriac. Controversor. c. 203. n. 23. seq.* Nicol Myler. ab Ehrenbach. *Gamol. person. Illustr. c. 5. n. 12.* Feltman. *lib. 1. de Titul. Honor. c. 66. n. 4. 16. seq.* Hinc veteres Germani dicere soliti sunt **ein Ritters Weib hat Ritters Recht.** *Gloss. in spec. Saxon. lib. 1. art. 20.* Imò hic titulus, & alia privilegia etiam post mortem mariti durant. *Vultej. Vol. 3. Consil. 17. n. 49.* Nec obstat quod fœmina non sit Hochgebohren; Mariti enim major qualitas ac Nobilitas illi communicatur Lege; *L. 8. ff. de Senat. Ant. Faber. Cod. Sabaud. lib. 9. tit. 28. df. 16. n. 4.* Feltman. *d. l. n. 5.* Fallit tamen hoc in matrimonio morgantico *Struv. Syntag. Feud. c. 9. § 5. n. 8.* Interim certum est, liberos ex patre nobili & matre plebeja natos, Nobiles esse, *Vultej. Vol. 3. cons. 17. n. 46.* diverso tamen, uti dictum, effectu; Solida enim nobilitatis jura Germaniæ moribus inducta, non nisi ab utroq; parente nobili descendunt *Vult. d. l. n. 40.*
18. §. V. In eo autem nihil inter est, an Comes vel Baro Nobilem antiquitate generis claram, an Comitivæ vel Baronalis dignitatis fœminam ducat; cum hic planè nihil sit, quod objici possit; genere enim non distat, sed tantum gradu, *Besold. P. 2. Conf. 88. n. 17. seq.* Feltman. *d. tr. c. 66. n. 4* Myler. *Gamol. c. 5. n. 7. seqq.* ubi expressè dicit, Ducis aut Comitissæ virginem Nobili nubentem, dignitatem retinere, nec eam per id obfuscarî *Ruxner. in der Turnier-Ordnung fol. 4. & 5. Francisc. Pfeil Conf. 78. n. 161. seqq.* unde Comitissa vel Baronissa Nobili matrimonio juncta rectè adhuc appellatur *Erwer Gnaden & Hohwohlgebohrne* / *vid. Springinsfeld de Apanagio cap. 3. n. 13.* Myler. *Gamol. cap. 5. §. 28.* Accedit, quod non tantum Comitum & Baronum filia, sed & omnium Nobilium natae audiant recepto aularum Stylo, licet recentiori. *Fraulein* / *Feltman. de tit. Hon. c. 55. n. 19. & q;* ac filii nobiles vocantur *Domini*, *Feltman. d. tr. lib. 1. c. 35. n. 3.* Quamvis hic multum consuetudini tribuendum. Hinc in Ger-



Germania cuncti Nobiles ex antiquissimis familiis orti titulo atq; elogio Wohlgebohren ornantur, etiamsi Barones creati non sint, prouti testatur Feltman. *d. tr. lib. 1. c. 66. n. 6.* Verum uti dicebam, variat hic provinciarum Stylus, & cum Tituli valeant sicut nummi, ad mores Regionis ubiq; respiciendum: Sanè ex Cancellariis Principum nemini nisi Baroni Titulus Wohlgebohren conceditur, & qui eundem Titulum ex Cancellariâ Imperatoriâ impetrare cupit, 262. flor. pro Titulo autem Hoch und Wohlgebohren 518. flor. solvere tenetur. Vid. Taxa Cancellar. ap. Dn. Præs. *Append. Exam. feud. p. 372.*

§. VI. Ex illis verò quæ antea de fœmina nobili adducta, haud obscure sequitur, etiam Principem sine detrimento familiæ aut dignitatis nobilem virginem sibi matrimonio jungere posse, adeò ut liberi inde nati pro Principibus sint reputandi. Dum enim connata nobilitas vulgari sorte jam tum exemit hanc fœminam, illud quod ipsi adhuc deesse videbatur, facile mariti radiis suppletur, per *L. 13. C. de dignit. Nov. 105. c. 2. pr.* De praxi quidem hujus juris dubitat Dn. de Rhetz. *Instit. Jur. publ. L. 1. Tit. 21. §. 9.* Verum exemplis variis, idem in praxi obtinere, nisi expressè ad sit pactum morganaticum, testatur Myler. ab Ehrenbach. in *Gamol. Princ. Imp. c. 5. §. 16.* Conf. Henric. Salmuth. *de matrim. Princip. cum virg. nob.*

§ VII. De ritibus Sponsaliorum nuptiarumq; inter Illustrates & Nobiles adhiberi solitis in præsentem fellicitus non sum, quod sciam, utrinq; pares esse. Offert se autem hic quæstio, an in nuptiis personarum in dignitate constitutarum ac Nobilium proclamationes omitti possint? Aff. Cyprius *de Sponsal. p. 1. c. 11. §. 13. n. 3.* ex illa ratione, quod hujusmodi matrimonia vix clam peragi possint: Huic verò contradicit Michael Haveman. in *Gamol. Synopt. lib. 2. tit. 11. posit. 1. n. 4.* variis rationibus adductis, cui ad stipulatur B. Dn. Brunnem. *jur. Ecclesiast. 2. c. 16. §. 16.* vid. tamen Carpz. *Juris-*

D

pr.



23 *pr. Eccles. lib. 2. tit. 8. df. 139. 140. 141. it. L. 2. tit. 15. df. 249.* Consuetudine ab hoc jure exempti sunt Illustres, qui sine denunciatione contrahunt nuptias, & diebus feriatis in ædibus etiam copulantur. Nobiles eadem hæc jura sibi vindicant; quippe quibus propter virtutem militarem de ritibus Ecclesiasticis multa sunt remissa. *Carpz. Jurispr. Eccles. lib. 2. tit. 15. df. 249. n. 7. & lib. 2. df. 144. n. 11.* Schilter. *Inst. jur. Can. lib. 2. tit. 16. §. 9. seq.* hinc etiam, ut Illustres, non coguntur infantes suos in Ecclesiam mittere ad accipiendum baptismum, quod privatis extra casum necessitatis omnino faciendum *c. un. X. de Baptism. Nov. 58. & 131.* *Constit. Eccles. Sax. de ann. 1580. tit. 6. Ord. Pol. Elect. de ann. 1661. tit. 7.*

25. §. IIX. Porro quod de Matrimonio ad Morgantiam, cujus mentio fit *2. Feud. 29.* dicto à Morgengaba, quod est donum matutinale altera die nuptiarum sponsæ offerri solitum, quasi in præmium virginitatis. *Bitſch. Comment. Feud. ad 2. F. 29. Besold. in thes. pr. lit. M. sub voce Morgengabel* personis Illustribus ob favorem conservandæ familiæ permissio, tractari solet, illud ob eandem rationem ad conservandum splendorem familiarum Nobilium obtinere puto. Hujus rei exemplum ante annos 20. contigit in Marchia, ubi Vir Nobilis cum consensu Electoris matrimonium cum filia molitoris contraxit *Dn. Præses not. ad Illustr. Dn. de Rhetz. jus publ. lib. 1. tit. 19. §. 11.* Imo putarem etiam tale matrimonium iniri posse inconsultò Principe; nam si pacta circa successionem jure gentium & moribus hodiernis valent. *Muscul. Tr. de success. Anomal. membr. 1. Class. 1. concl. 3. n. 58.* *Anton. Faber. in Cod. Sabaud. tit. de pact. convent. df. 6.* etiam circa matrimonium *Mench. Conf. 92. n. 25.* & si Pater liberis præjudicare potest usq; ad legitimam *Struv. Exerc. 10. lib. 10. Puffendorff. de I. N. & G. lib. 4. c. 9. §. 7.* & jus feudale his pactis adstet *2. F. 29.* insuper privatum interesse hic tantum vertatur, nil obstat quo minus id fieri inter Nobiles queat. *vid. Myler. Gamol. Princ. c. 6. Henric. Salmuth. in Resp. ruf.*



*jur. de Matrim. Princ. cum virg. Nobil. qv. 2. p. 152. seqq. Dn. Præ-*  
*ses Vol. 2. Dissp. 12. de foro Conscien. c. 2. n. 122. seqq. Exam. Feud. c. 7.*  
*qv. 8. Grot. de jur. B. & P. lib. 2. c. 7. §. 9. & ibi B. Dn. Ziegler. in*  
*not. Nec est quod quis objiciat, Patrem sine consensu Prin-*  
*cipis liberis dignitatem auferre non posse : Respondeo e-*  
*nim, liberis, qui nondum sunt, per tale pactum revera nihil*  
*auffertur; non entis enim nullæ sunt affectiones. Accedit,*  
*quod hoc matrimonium jure feudali sit permissum 2. Feud.*  
*29. Tutius tamen omnino est, ad præsciendendas litium*  
*futurarum vias, & evitandas concubinarias conjunctiones,*  
*Principis consensum adhibere. Regulariter autem hoc*  
*matrimonium cum inferioris fortis fœmina initur. Nam*  
*fœminæ æqualis cum marito dignitatis, ejusmodi matri-*  
*monium respuerent; Hinc virgo Nobilis intuitu Comitis*  
*& Baronis inferioris fortis non censenda, quoniam gradu*  
*saltem, non sanguinis eminentia differunt. Besold. p. 2. Conf.*  
*88. n. 17. seq.*

§. IX. Est autem hoc matrimonium verum matrimo  
 nium, quando vel Princeps vel alia Illustris persona cum  
 fœmina inferioris fortis nuptias contrahit, hoc pacto, ne  
 uxor pariter & liberi dignitatis & hereditatis mariti & Pa-  
 tris sint capaces sed ut portione pacto assignata acquiesce-  
 re teneantur Myler. *Gamol. c. 6. Dn Pufend. de I. N. & G. lib. 6.*  
*c. 1. §. ult. Pacta solent esse sequentia arg. 2. F. 29. (1.) ut liberi*  
*exinde prognati nomen & insignia Paterna non assumant*  
*(2.) Ut in feudis & allodiis, cum filiis prioris matrimonii*  
*non succedant. (3.) Ne uxor & liberi ab Imperatore patian-*  
*tur aut petant, se evehi ad dignitatem paternam. (4.) Ut*  
*portione, loco alimentariæ provisionis sibi assignata, con-*  
*tenti vivant, quæ tamen omnia pro voluntate contrahen-*  
*tium vel augeri vel minui possunt. Myler. d. l. Imò po-*  
*test Pater ejusmodi liberis, non obstante hoc pacto, am-*  
*plius quid relinquere : Liberum enim ipsi est, huic pacto*  
*in favorem sui adjecto renunciare. Sed an hæc pacta in*



totum tolli & matrimonium planè immutari possit, dubium videtur? Neg. Dn. Feltman. *d. tr. lib. 1. c. 67.* Ex adverso Aff. Myler. *in Gamol. c. 6. n. 37.* Sanè si Pater animum mutet, & Imperatoris vel Principis consensu uxorem & liberos participes dignitatis & hereditatis suæ facere velit, non video quid obstet, quo minus id fiat Molin. *de jur. primogenit. lib. 1. c. 8. n. 43.* Illustr. Dn. de Rhetz. *jur. Publ. lib. 1. tit. 19. § 17.* qvale exemplum ante aliquot annos contingit in Ducali quadam Domo satis notâ.

- 34 §. X. De Morgengaba sciendum, quod inter Illustres non tantum sed & Nobiles receptum sit, ut in ipsis pactis dotalibus quantitas illius melioris probationis causâ ex-
- 35 primatur. Olim inter Magnates, veluti Principes, Comites & Nobiles secundum patrimonii substantiam plerumq; Morganaticum munus erat castrum cum territoriis, pagus cum Villis, vel certa jugera agrorum cum jumentis, aut certi annui redditus, è quibus uxor cum liberis honestam sustentationem percipere posset. Myler. *Gamolog. cap. 6. tb. 6.* Quæ nvis illa Morgengaba potius ad dotalitium referenda, quo casu mores non discrepant. Aliàs hodie Morgengaba plerumq; in certâ pecuniâ vel aliis rebus pretiosis tam ab illustribus, quàm Nobilibus constitui solet, & de his bonis uxor liberè disponit. Myler. *c. 18. tb. 2. & seqq.* Cæterum quomodo dos, donatio propter Nuptias, augmentum dotis, dotalitium &c. constitui & quomodo pacta dotalia concipi debeant, exposuit Dn. Præses *in Cautel. contract. Sect. 3. c. 8.* De quibus prolixius nunc dicere operæ pretium non esse duco, præprimis, cum quoad hæc omnia Nobles illustribus æquivalentur, & hi nihil præcipui hoc
- 36 passu habeant. Illud adhuc monendum est, quòd Illustrium & Nobilium nuptiæ & exequiæ majori pompâ celebrandæ sint. *arg. L. 12. § 5. ff. de Relig. & sumpt. fun.* Imò dos major propter Nobilitatem constituenda, *arg. L. 69. §. 4. ff. de Jur. dot. L. 60. ff. eod.* Tiraqvell. *de Nobilib. c. 20. n. 136. seqq.* Et  
quod



quod in frequenti adhuc dum usu sint apud illustres & Nobiles deductiones ad domum, magno sæpè cum apparatu.

§. XI. Adoptiones & arrogationes adhuc hodie in usu, nec quod statuunt Grœnweg. *de LL. abrogat. ad Ruor. C. de Adopt. Ludov. Fachs. different. juris civil & Sax. lib. 2. part. 1. diff. 51.* abrogatas esse, variis exemplis probari posset; & adhuc novissimè anno 1689. d. 11. Jan. Francofurti, facta arrogatio pueri 5. annorum, per Rescriptum Serenissimi Electoris confirmata, cujus rescripti tenorem refert Dn. Præf. *usu modern. ff. Tit. de Cap. min.* Id tamen fateri cogor, hos actus non adeo frequentari & in eorum locum successisse unionem prolium, cujus requisita sunt (1) causæ cognitio, (2) consensus illorum quorum interest. (3) Decretum Magistratus. *Carpzov. lib. 5. Respons. 6.* Circa hanc autem oritur quæstio: An Illustribus & Nobilibus ob familiæ suæ pacta, quibus plerumq; alienatio bonorum & translatio in extraneos, est prohibita, ne nominis & stemmatis pereat splendor, liceat tale pactum unionis inire? Videtur dicendum quod non, quia horum liberorum nulla in feudis & similibus est successio *2. F. 26. §. Adoptivus Schrad. de Feud. part. 7. c. 5. n. 19. Rosenthal. de Feud. c. 7. concl. 30. n. 33.* Sed exinde tamen non sequitur, in totum hoc beneficium personis Illustribus & Nobilibus denegandum esse. Quid enim si pactum unionis salvâ familiarum pactione fiat? Aut uni- entes bona allodialia habeant? *Zepp. discurs. juris tit. 2. n. 24.* Quapropter ne Illustrium & Nobilium conditio deterior sit quam plebejorum, nullum hic discrimen admittendum, quantum ad illa scil. bona, quæ arbitrio ipsorum non exempta.

§. XII. Ad tutelam suscipiendam generaliter omnes compelluntur, *L. fin. pr. C. de administr. tut L. 5. C. qui dari tutor. est enim munus auctoritate publicum L. 239. §. 3. ff. de V. S. quod etiam filium famil. stringit L. 9. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt.* Sed an Illustres & Nobiles tutelam pupillorum



ignobilium subire teneantur, disquiritur? Ob generalitatem all. textuum affirmativa defendi posset, cum tutela officium adeo favorabile sit, ut etiam Reges, Principes &c. illud non respuant, Andl. *Jurispr. lib. 2 tit. 5. n. 12 seqq.* Negativa tamen verior *arg. L. 1. §. 4. L. 6. §. 14. L. 17. §. 1 ff. de Excus. tutor. L. 7. L. 12 ff. de vacat. & excus. muner. L. 12. L. 13. L. 17. C. de Excus. §. 4. Inst. de Excusat. tutor, Cöppen dec. 61. n. 3. Maurit. disert. de Nobil. tb. 39.* Non enim gravandi sunt muneribus privatorum, qui omni studio Reipubl. commodis incumbunt, majoribusq; funguntur honoribus *L. 10. ff. de Muner. L. 2. C. quemad. civil. mun.* Aliud est, si requirantur ad tutelam pupilli Nobilis vel Illustris, *arg. L. 8. pr. ff. de Excusat.* quia privilegiatus contra privilegiatum, non utitur privilegio *L. 11. §. 6. ff. de Minor.* Olim circa tutelam liberorum Illustrum singularia quædam occurrebant: Si enim deficerent testamentarii & legitimi tutores, non à Prætore, sed Præfeto urbi adhibitis Decemviris è numero Senatus amplissimi & Prætore clarissimo Viro, qui tutelaribus cognitionibus præfidet, tutores Curatoresve ex quolibet ordine (senatorio sc. l. equestri) idonei, idq; libero judicio (hoc est, ut non possent subsidiaria actione conveniri, cujus rat. in §. *fin. 7. de satisd. Tut.*) constituebantur in urbe; In provinciis à Præfidibus decreto Decurionum: periculo tamen suo, ut si in idoneos dedissent, in subsidium tenerentur. Eligi autem debebant tales, qui Curia suæ muneribus obstricti non erant *L. 1. & 2. C. de Tutor. vel Curat. Illustr.* quippe quorum bona Curia civitatis suæ jam tum obligata *L. 8. & auth. seq. C. de Ep sc.* ne pupilli, illustres fortè, damnum paterentur. Montan. *de Tutel. c. 23.* Brunnem. *ad L. 1. & 2. C. de Tutor. vel Curat. Illustr.* Quoad reliqua hi tutores æquè ac alii obligabantur ad rationes reddendas &c. Poterant tamen nomine Pupillorum modicè donare Gail. *lib. 2. obs. 72. n. 8. L. 12. §. 3. pr. ff. de Admin. & peric. tutor. L. 7. §. 3. ff. de Donat. c. 1. X.*

de



de Donat. Carpzov. p. 2. const. 11. ds. 28. hoc privilegium etiam 48  
 Nobilibus competiit, quod exinde clarum est: Quia Illu-  
 stres & clarissimi junguntur. Vocantur autem claris-  
 simi Senatorum liberi L. 1. C. de Tutorib. & Curat. Illust. Sena- 49  
 tores autem sunt ii, qui à Patriciis & Consulibus usq; ad o-  
 mnes Illustres viros descendunt L. 12. §. 1. ff. de Senator. sub  
 clarissimis continebantur Consulium Prætorum &c. liberi,  
 qui erant Nobiles. vid. §. 7. cap. 1.

§. XIII. Hodie postquam Reipubl. facies immutata 50  
 est, & Tutoris datio ad quemvis Magistratum ordinariam  
 jurisdictionem habentem, spectat, is Magistratus, Illustri-  
 bus, & Nobilibus dat Tutores regulariter, qui competens  
 vel ratione personæ, vel rei arg. L. un. C. ubi pet. tutor. vel Cumt.  
 Nihil enim præcipui Illustres præ Nobilibus habent: Sic Il- 51  
 lustrium & Nobilium Immediatorum liberis Camera Im-  
 perialis, vel Judicium Imperii aulicum, ob concurrentem  
 jurisdictionem tutores constituit. Ordin. Cam. p. 3. tit. 3. Gail.  
 lib. 1. obs. 1. n. 47. Rosenthal. de Feud. c. 12. concl. 10. n. 14. Dn. Pu-  
 hel. de Tutel. Illustr. c. 5. n. 9. 13. Mediatis tutores dat vel ipse 52  
 Princeps vel Dicasterium, coram quo primam instantiam  
 sortiuntur, nisi sub jurisdictione litigiosa habitent. Recess.  
 Dep. d. an. 1600. §. 29. Rhodig. pand. Cam. tit. 18. §. 5. vel Tuto-  
 res immediati sint, & dissentiant, Blum. Process. Cameral. tit.  
 42. n. 13. Gylman. tom. 3. voc. tutela. & Tutores vers. an liberis  
 Nobil. Modus dandi utrinq; est idem. Petendi sunt per li- 53  
 bellum supplicem, decreto confirmandi, ante enim ad ad-  
 ministrationem non admittuntur. Hahn. ad Wesenbec. tit.  
 de Tutel. n. 6. Pübel. de Tutel. Elect. c. 5. n. 22. seqq. Reform. Polit.  
 zu Speyer de anno 1577. von der Pupillen und Minderjähri-  
 gen Kindern Tutoren.

§. XIV. Porro & hic triplex tutela obtinet, ita ut pa 54  
 ter Nobilis & Illustris non tantum agnatos, sed etiam ex-  
 traneos civici ordinis & plebejos, testamento liberis suis  
 tutores dare possit. Schrader. p. 10. sect. 19. n. 14. Carpzov. p. 2.  
 const.



*const. 20. def. 1. de tutore testamentario Electorum disputant.*  
*vid. Limn. de J. P. lib. 1. c. 11. n. 103. seqq. Dionys. Godofred.*  
*& Marquard. Freher. de Tutel. Elector. Burgold. ad Instr. Pac.*  
*p. 1. discurs. 25. membr. 2. §. 5. Dn. Puhel. de Tutel. Elect. & Princ. c. 14.*  
 55 *n. 46.* Sanè si tutela legitima Electorum in discrimen  
 adducat, testamentariæ locum esse rectè defendit. Burgold.  
*d. l.* Porro à tutelâ Illustrum & Nobilium non excludendæ  
 56 sunt Mater & Avia (si excipias Saxoniam, ubi à tutelâ feuda-  
 li mater excluditur, Carpz. *p. 2. const. 11. def. 11. n. 14.*) quamvis  
 in feudo non succedant. Modò secundis nuptiis & Scto  
 Vellej. renuncient. Schrader. *p. 10. sect. 19. n. 26.* Rosenthal.  
 57 *c. 12. conclus. 10. n. 20.* Solent tamen illis certi Contutores vel  
 consilarii adjungi. Hugo *de Stat. Region. Germ. c. 6. n. 12.* Limn.  
 58 *tom. 5. in addit. ad lib. 4. cap. 8. n. 179.* De dativa eo minus du-  
 bium est, quòd maximè Reipubl. interfit, ne pupillorum  
 Illustrum & Nobilium educatio & res negligantur.  
 59 §. XV. Tutela hæc eodem, quo plebejorum, tempo-  
 re finitur, deficiente aliâ dispositione. In Saxonia quoad  
 feuda tutela anno 13. additis 6. Septimanis desinit. *Lehn-*  
*recht. c. 26. pr.* Carpz. *p. 2. const. 11. def. 9. n. 3.* Schneidwein. *pr. J.*  
 60 *quib. mod. tutel. fin. n. 4.* De cura idem quod de aliis perso-  
 nis dicendum, Arum. *ad. A. B. discurs. 4. tb. 15.* Schütz. *vol. 1.*  
*disp. 4. tb. 19.* Rumelin. *ad A. B. p. 1. disp. 7. concl. 10. nisi vel pactis,*  
 ut in familia Comitum de Mansfeld ac Ortenburg, juxta  
 Myler. *de Stat. Imp. c. 29. n. 6.* vel consuetudine, vel etiam jure  
 particulari in una vel alia provincia aliud introductum;  
 quòd in Saxonia factum, ubi omnes anno 21. majorenes  
 censentur; aut nisi veniam ætatis impetraverint minores.  
*L. 1. C. de his qui veniam æt. vel ab Imp. si sint immediati.*  
 Myler. *in Etolog. c. 2. §. 8.* vel à Principibus si mediati. Knip-  
 schild. *de civ. Imp. lib. 2. c. 4. n. 54.* Nullum enim est dubium,  
 Principem personis illustribus in suo territorio constitu-  
 tis, pariter veniam dare posse, quam Nobilibus. Jur. Civ.  
 Illu.



Illustres & Nobiles coram Præfecto Prætorio, cæteri coram 61.  
 Prætoze veniam ætatis impetrabant, quibus rescriptum in-  
 finuandum & ætas probanda erat 5. testibus. Brunn. *ad l. 2.*  
*C. de his qui ven. atat. n. 18. & 19.* ubi omnia requisita ordine  
 recenset, quod etiam plene fecit Myler. in *Etolog. c. 4. seqq. L.*  
*2. §. 2. C. d. his qui ven. atat.* Si immediatè ab Imperatore ve- 62  
 niam impetrassent, rescriptum non valebat. *d. L. 2. §. 3. C. d. t.*  
 Cæterum in Illustribus & Nobilibus ad veniam ætatis ad-  
 mittendis numerus annorum Lege præscriptus, non adeò  
 præcisè attenditur, sed sufficit si de maturâ animi indole &  
 mentis solertia, probato curatorum ac agnatorum testimo-  
 nio, constet. Conf. Myler. *Etolog. c. 4. per tot.* Ruin. *conf.*  
*126. vol 5.* Gail. *lib. 2. observ. 224. n. 2.* Fontanell. *de Pact.*  
*nupt. clauss. 3. gloss. 2. n. 7. seqq.*

§. XIV. Porro quoad curatela[m] hic non omitten- 63  
 dum, quod fœminis Illustribus in specie privilegium in  
 Saxonia tribuatur, negotia sua sine curatore peragendi, de  
 quo Carpz. *P. 1. C. 15. df. 9.* Verum an idem fœminæ nobiles 64  
 prætere possint, non exprimitur. Si rationes deciden-  
 di à Carpzovio adductæ inspiciantur, apparebit, illas præci-  
 puè fundatas esse in possessione ejusmodi prædiorum, quæ  
 liberum Jurisdictionis exercitium annexum habent.  
 Hoc si verò ad fœminam nobilem simile feudum possiden- 65  
 tem applicemus, non video, quare huic eadem facultas  
 contrahendi sit deneganda. Unde Berlichius *P. 2. Concl. 66*  
*17. n. 79.* Reginis, Ducissis, Comitissis, Abbatissis, Nobilissas  
 expresse jungit, modo jurisdictionem & merum imperium  
 habeant: Æquali enim libertate fœmina nobilis feudum le-  
 gitimè ad se devolutum administrabit, quâ Illustris. Quare  
 & illustri fœminæ Curator adjungendus, si Jurisdi-  
 ctione destituta. Carpz. *de Jur. fœm. singular. dec. aa.*  
*9. posit. 4. n. 26.*

E

CAP. III.



CAPUT III.

De

Jure Illustrium circa res Nobilibus Competente.

SUMMARI A.

<i>Quid sit res. n. 1.</i>	<i>Utrum Illustris ad solennia testamentorum teneatur. n. 33 seq.</i>
<i>Modi acquirendi Illustr. &amp; Nobil. sunt iidem. n. 3.</i>	<i>Nobilis in suo iudicio testamentum insinuare potest. n. 40.</i>
<i>Quid &amp; quotuplex sit dominium. n. 4. seq.</i>	<i>Quomodo testamenta infirmantur. n. 41. seq.</i>
<i>An superioritas territorialis competat Nobilib. immediat. n. 5.</i>	<i>De renunciatione sub fide Baronali vel Nobili. n. 44.</i>
<i>Nobiles immediati habent jus sacrorum. n. 8.</i>	<i>De jure primogenituræ. n. 47.</i>
<i>Mediati nihil horum habent. n. 9.</i>	<i>Non competit solis Illustribus. n. 49.</i>
<i>In quibus conveniant. n. 10.</i>	<i>De aditione &amp; abstentione hereditatis. n. 50.</i>
<i>Aequaliter acquirunt dominium. n. 11.</i>	<i>De Legatis. n. 51.</i>
<i>Et servitutes. n. 15.</i>	<i>De successione in fideicommissis. n. 54.</i>
<i>Illustris qui sunt status Imper. liberius constituunt usumfr. n. 16.</i>	<i>An naturales succedant. n. 62.</i>
<i>Prescriptionis jura inter Illustr. &amp; Nobil. eadem. n. 17.</i>	<i>De libris Genethliacis. n. 65.</i>
<i>Quid circa donationem observandum. n. 18. seq.</i>	<i>An Spurius matri nobili succedat. n. 67.</i>
<i>De donationibus Conjugum &amp; personar. desponsatar. n. 26.</i>	<i>De obligationibus ex pactis vel contractibus. n. 84.</i>
	<i>De effectu obligationis sub clausula banni &amp; obstagii. n. 90.</i>

An



An Illustr. & Nobiles ad carce-  
res se obligare queant. n. 92.

De promissione sub fide Illustri &  
Nobili n. 94.

De fide per conjunctionem ma-  
nuum data n. 96.

Pœna perjurii locum hic non  
habet. n. 97.

De subscriptione propria manu  
facta. n. 98.

De quantitate usurarum. n. 99.

Illustr. prohibitum ultra 4. pro  
100. Stipulari. n. 100.

Quæ prohibitio ad Nobiles non  
spectat. n. 101.

Nobiles arcentur à mercatura  
& sordidis lucris n. 105.

## §. I.

**R**es dicitur hic omne illud, quod sui naturâ habile est, 1.  
ut possit inservire usibus humanis, five in patrimonio  
five extra patrimonium sit. Dn. de Rhetz 1. Jur. Publ. 2. tit. 1.  
§. 1. Videndum itaq; an iidem modi acqvirendi sint Illu- 2.  
stribus & Nobilibus? Et sanè modi acqvirendi tam Jur. 3.  
Gent. quam Civ. apud hos æqualiter obtinere, dicendum  
est, nisi forte à jure quodam speciali lege vel statuto exclu-  
dantur Nobiles, Regulariter enim, quod à persona Illustri  
acqviri potest potest etiam à Nobili, nisi doceri possit ex-  
clusio. Et hoc procedit, five de jure in re five ad rem quæ-  
stio moveatur.

§. II. Dominium est jus dominandi rei suæ, seu jus 4.  
quo res nostra est, quod vel eminentis est, vel vulgare. Grot. 5.  
de I. B. & P. lib. 1. c. 1. §. 6. conf. Dn. Puffendorff. Elem. Jurispr.  
lib. 1. df. 5. §. 2. Eminens est potestas Principi competens in  
res civium, ad utilitatem publicam. Grot. d. l. Dn. Puffen-  
dorff. d. l. Cui proximè accedit superioritas territorialis. 6.  
Verum an hæc Nobilibus immediatis competat, disqviri-  
tur? Affirmativam evincere videtur, quod in suis territoriis  
ferè omnia regalia exercent. Verum longè aliud est Re- 7.  
galibus uti jure superioritatis territorialis, & jure specialis  
privilegii; posterius hoc de Nobilibus immediatis asseri  
potest. Dn. de Rhetz. Inst. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 8. & lib. 1. tit.



8. *19. §. 17. seqq.* Quorum privilegiorum præcipuum est, quod habeant jura sacrorum & reformandi. Instr. Pac. *art. 5. §. 28.* Capit. Leop. *art. 44.* unde propria habent Consistoria &c. quæ tamen omnia tantum ad bona immediata spectant, minimè verò ad ea, quæ ab aliis Principibus tanquam feuda tenent, ut hinc Nobiles mediati horum nihil habeant. vid.
9. Nolden. *n. 154.* quamvis consensu Domini territorii hi pari-  
 10. ter certorum regalium participes esse soleant. In eo tamen etiam mediati cum Illustribus conveniunt, quod eligi & postulari possint in Capitulis, modò, ut supra *c. 1. §. 18.* monitum, suos majores legitimè numerare valeant, quamvis nec Patricii & gradibus Academicis insigniti excludendi, nisi id foundationibus adversetur *art. 5 §. 17.* Instr. Pac. pro uti in Capitulo Magdeburgensi & Brandenburgensi specialiter cautum, ne Ddres admittantur.
11. §. III. De Dominio vulgari res expedita est, hoc Illustribus & Nobilibus pari modo & gradu competere, sive  
 12. illud quæsitum sit jure Gentium, sive Civili. Quicquid enim bello defensivo occupatum, illud omne occupantibus cedit, in mediatis opus Principis consensu, infulas natas,  
 13. venationis (jus venandi enim in suo ab omni memoria Magnatum, Nobilium & Illustrium Virorum fuit. Anton. Matthæi *de Nob. c. 2. pr.* quo usi sunt tanquam animi laxamento, & honesta remissione, unde nec canum Studium turpe. Symmach. *lib. 4. Epist. 18.*) piscationis & aucupii jus & thesauros sibi vindicant h. e. ut possint publica lege thesauros sibi afferere: Si enim talis constitutio generalis non adsit, thesaurus privatis non adimendus; tamdiu enim præsumendum pro observantia juris communis, quamdiu  
 14. contrarium non inductum. Conrad. ab Einsiedel. *tr. de Regal. c. 3. n. 358. seqq.* quæ omnia tamen quoad Nobiles mediatos determinanda ex investiturarum literis, & more regionis. Non enim ubivis æqualibus gaudent privilegiis.

§. IV.



§. IV. Ratione servitutum, tam urbanarum, quam 15.  
 rusticarum, utrinque idem jus est, nec diversi quid obtinet in  
 personalibus, usufructu, usu & habitatione. Et si vel ma- 16  
 xime illustres, qui sunt status imperii, paulo liberius usum-  
 fructum in territoriis suis constituere queant. Dn. de  
 Rhetz. *I.P. lib. 2. tit. 29. §. 1.* attamen ne hic usufructus ulte-  
 rius se extenderet, quam quousque territorium penes con-  
 cedentem maneret, alias præjudicaretur juribus Imperii,  
 cui hæc bona nexu feudali obstricta. Imò & ipsis Illustri-  
 bus Agnatis ad quos successio devolvitur. Idem ergo de  
 Nobilibus dicendum existimo, quod in bonis suis, etiam  
 feudalibus usufructum liberè constituere possint, non  
 quidem in præjudicium Domini aut agnatorum, sed in  
 sui filiorumque. Rosenthal. *de feud. cap. 9. membr. 1. Concl.*  
*10. n. 5.*

§. V. Præscriptionis jura circa diversa bona etiam di- 17.  
 versa sunt; Illustres tamen præ Nobilibus hoc passu nulla 18.  
 prærogativa gaudent. In donationibus tamen id occur-  
 rit, quod Illustris militum Magister fortissimis militibus ex  
 bonis mobilibus, sive sint ab hoste tanquam spolia repor-  
 tata, sive sint ex propria substantia, absque insinuatione do-  
 nare possit, quamvis illa quantitas se extendat ultra 500. so-  
 lidos *L. 36. §. 1. C. de Donat.* Idque potissimum favore militiæ, 19  
 quia videtur remuneratoria donatio, quæ insinuationem  
 non requirit. Gometz. *Resol. 4. n. 10.* Quod alias inter 20  
 privatos expressè prohibitum, ne effusis largitionibus pa-  
 trimonia sua inconsulto exhauriant & Rempubl. egenis ci-  
 vibus onerent, aliquando etiam Creditores defraudent:  
 Ideo pro illa parte, quæ summam hanc excedit, regulariter 21.  
 invalida est, quoniam utile per inutile non vitiatur, quoties  
 utile ab inutili separari potest. *L. 9. L. 20. L. 29. ff. de Usur.* Dn.  
 Brunneman. *ad L. 34. n. 5. C. de Donat. L. 34. L. pen. & ult. C. de*  
*Donat. §. 2. Feod.* & ab ipso donatore quoque salva conscien-  
 tia revocari potest. Molina *de J. & J. tom. 2. tr. 2. Diss. 278. §.*



22. 26. seqq. *Lessius de J. & J. lib. 2. c. 18. dub. 13. n. 9.* Exceptio tamen est in Imperatore siue donet siue ipsi donetur. *L. 19. C. de testam. Auth. item & à privat. C. de Donat. Nov. 52. c. 2. Carpz. p. 2. c. 12. df. 16.*
23. Idem obtinet in Principibus & Statibus Imperii. *Menoeh. Cons. 1. n. 375.* Quod tamen ad Nobiles non extendendum. *Carpz. P. 2. C. 12. df. 16. n. 7.* Interim certum est, si Nobilis ultra illam summam donare velit, quod donationem illam in proprio suo iudicio coram Actuario & scabinis insinuare possit. *Carpz. d. df. 16. n. 11.*
24. §. VI. Inter Coniuges, ut & sponsum & sponsam de presenti, donationes planè non subsistunt, quod patet ex *rubr. ff. & C. De Donat. Int. vir. & uxor.* Idq; ideo constitutum, ne mutuo amore se spolient, & ne si alter non donet, iurgia & lites oriantur. *Socin. jun. cons. 44. n. 34. Vol. 2. Connan. lib. 1. c. 10. n. 11.* Et si fiant ipso iure nullæ sunt *L. 3. §. 10. ff. de Donat. Int. Vir. & uxor.* nec dominium per traditionem transfertur *L. 24. pr. d. t. L. 18. L. 20. C. eod. vid. tn. Covarruv. Var. resol. lib. 2. c. 7. n. 4.*
25. Hæc prohibitio minimè ad donationes propter nuptias, nec ad strenas modicas extendenda. *Carpz. P. 2. C. 13. df. 20. seq. Struv. Exerc. 30. th. 29. nec ad remunerationem æqualem L. 32. §. 14. b. t. Gail. lib. 2. obs. 40. aliud est in inæquali. L. 48. b. t.* Item valida esset donatio uxoris nobilis, facta viro nobili, ad petendam dignitatem Baronalem vel impetrandam Nobilitatem iuxta *L. 40. 41. & 42. ff. b. t.*
26. Verum illa donationis prohibitio ad coniuges privatos restringenda, illustres verò personas non stringit, quod multis deducit *Wehner. in Consil. Francon. 1. ubi exemplum Comitis à Fürstenberg cui conjux donaverat, recenset, & J. Cti Argentoratenses in terminis responderunt pro validitate donationis à Comite Imperii in conjugem suam factæ. vid. Generos. Dn. de Bose Diss. de privilegiis juribusq; singularibus personarum Illustrium c. 2. th. 29.*
27. Ut idem Nobilibus Imperii immediatis quoq; attribuiam exinde moveor, quod, licet status Imperii non sint, eadem tamen ferè possint



sint ex privilegio, quæ status ex superioritate territoriali. Instr. Pac. art. 4. §. 17. & art. 5. §. 28. Nec in Nobilibus aliis 31.  
donandi libertatem ita restringendam puto, quo minus liberalitatem in conjugem pro lubitu conferre possint. Ad 32.  
minimum turpe censeretur Nobili, semel donata revocare, etiam si de jure possit.

§. VII. Propter graves Ddrum controversias, circa illam 33.  
quæstionem: An personæ Illustræ præcipuè Status Imperii testari possint, non observatis juris civilis solennitatibus? quid eligendum sit, dubius hæreo: Utriusque enim sententiæ propugnatores magno numero recenset Myler. de Statib. Imp. c. 26 n. 4. Mev. ad Jus Lubec p. 2. tit. 1. n. 2. 64. seq. Knipschild. de Fideicommiss. c. 6. n. 21. Klock. tom. 3. conf. 102. qv. 5. n. 74. seqq. Eyben. de testamen. Princip. tb. 18. Pühel. de tutel. Illustr. c. 4. n. 32. seqq. quorum rationes profecto tanti sunt, ut publica decisione indigere videantur. Dn. de Bose d. dissert. c. 2. §. 31. Convenientius quidem videtur eminentissimæ Principum nostrorum dignitati asserere, illos juris 34  
Civilis placita quoad testamenta non stringere, quia superioritate territoriali h. e. summa potestate in territoriis gaudent, quæ a summo Imperio tantum differt, ut angustius & latius Dn. de Rhetz. comment. ad 1. F. 14 pr. n. 25. p. 397. vi 35.  
cujus leges etiam jure communi contrarias condunt B. Dn. Ziegler. de jur. Majest. lib. 1. c. 5. §. 19. Strauch. dissert. Acad. 3. apb 6 Myler. de Stat. Imp. p. 2. c. 39. §. 4. quin igitur tacita & 36  
expressa voluntate anxias juris civilis solennitates negligere valide queant, recentiores Publicistæ dubio carere audacter affirmant. Illustr. Dn. de Rhetz. Jur. Publ. lib. 2. tit. 34. §. 1. In tantum, ut id extendant etiam ad Principes Ap- 37  
panagiatos Myler. de Stat. Imp. c. 26. §. 6. Et ad alios Status 38  
Illustræ, propter identitatem rationis, imo ad uxores & liberos Myler. d. l. Verum tutius omninò est, si Principes 39  
juris civilis solennitates observent, quoties extraneos aliosve Principes instituunt, quoad liberos enim & subditos,  
de



de simplicitate juris gentium valebit. Dn. Præses *Diff. de Testament. Vafallor.* Hoc vero Nobilibus & Illustribus Jurisdictionem habentibus omnino commune est, quod si secundum solennia Romani juris testari nolint, ipsi in suo judicio testamentum insinuare possint, ut non opus habeant alium judicem adire. Berlich. *P. 3. Concl. 4. n. 44.*

41 §. VIII. Cum itaq; ex jam adductis constet, etiam illustres & Nobiles ad solennia testamentorum adstringi: Exinde sequitur, revocanda etiam esse testamenta Illustrium & Nobilium prout jure Civili definitum, coram testib. Cujus juris enim est actus, illius etiam est distractus; Aliàs

42 revocatio firma non erit. Cæterum liberis Illustrium ac Nobilium pariter uti aliis jure Civ. legitima est relinqvenda; quod tamen exceptionem pati videtur in filiabus Illustrium & Nobilium, quæ moribus Germaniæ, certâ portione acceptâ, hereditati paternæ renunciare solent. *arg. c. 2. de pact. in óto.*

43 quod usu introductum, ut hac quantitate acceptâ sint contentæ, nec ad legitimæ supplementum agere possint, semper enim obstat juramentum, sub quo omnes renunciaciones fiunt. Knipschild. *de fideicommiss. fam. Illustr. c. 6. n. 173.* Carpz. *P. 2. C. 35. df. 16.*

44 §. IX. Sub fide Baronali vel Nobili facta renunciatio, juratæ non æquipollet; quamvis enim talis clausula vim juramenti habeat *c. pervenit. in fin. X. de fidejuss. ibi. religionem fidei & c. c. ad aures X. de his qui vi & metu. & ibi Pannon. n. 3. & 4. Barbof. n. 3. Mynsing cent. 1. obs. 17 n. 5. arg. L. 33. ff. de jurejur. Setser. de juram. lib. 1. c. 16. n. 5. Barschamp. de Claus. c. 32. §. 1. n. 22. & huic pacto contraveniens infamiam incurrat, L. 41. C. de transact. Gail. 2. obs. 59. Kellenbentz tr. de renunciat. success. Magnat. qu. 3. n. 1. seq. Wesenbec. conf.*

45 23. n. 56. Cravett. *conf. 421. n. 11.* nihilominus tamen certum, quod remedia rescissoria non aliter tollantur, quam præstito juramento corporali *c. quamvis 2. de pact. in óto.* Barbofa *de pact. in óto.* Gutierrez. *de juram. confirm. p. 1. c. 59.* Paul. Gal-



Gallerat. *de renunciat. lib. 3. c. 2. n. 32.* Anton. de Petruzia *de effect. juram. effect. 5. in pr.* Myler. *Nomolog. c. 6. §. 41. seqq.* ut 46  
 hinc non obstante illa renunciatione, filiarum petere possint  
 Patre mortuo hereditatem; quod ex eadem ratione in filiis  
 obtinet; ubi enim juramentum pro forma substantiali a-  
 ctus requiritur, ibi verba æquivalentia non sufficiunt *c. In-  
 testabile X. de frigid. & malef. Hippolit. de Marsil. cons. 29. n. 16. 17.*  
 Dn. Præf. *Tract. de Success. ab intest. Diss. 8.*

§. X. Uti plerumque apud personas Illustres jus pri- 47  
 mogenituræ ob conservationes familiarum introductum,  
 sic quoque Nobilibus illud usitatum est, ita ut reliqui fratres,  
 acceptâ pecuniæ summâ, teneantur esse contenti, quæ si  
 expressa (quod in plerisque familiis factum) quæstioni ul-  
 terius non subjacet, si verò de eâ non convenit, tunc in ap-  
 panagio, quod portio alimentaria est, Dn. de Rhetz. *in spec.*  
*Dissert. magis respectus habetur ad alimenta, quam legiti-  
 mam, Springinsfeld. de Appanag. c. 11. n. 57.* Rosenthal. *de*  
*feud. c. 7. concl. 26.* nulla enim lex de super lata, nec universa- 48  
 lis consuetudo certi quid induxit, hinc illud omne ex æqui-  
 tate dependet. Illust. Dn. de Rhetz. *jur. Publ. lib. 2. tit. 11. §. 4.* 49  
 Verùm an Jus primogenituræ, & per consequens apenna-  
 gii constitutio solis Illustribus relinqvendâ? Non puto,  
 cum nihil obstet, quo minus & in familia nobili primoge-  
 nitura introduci possit, si hoc fiat consensu Domini feudi.  
 Quod Gallorum mores comprobant, ubi solus Senior in  
 feudum succedit, ultrageniti verò vocantur *Cadets* qui  
 certâ portione accepta, à reliquis bonis exclu-  
 duntur.

§. XI. Quoad reliqua quæ circa hanc materiam oc- 50  
 currunt, eadem Illustrium & Nobilium sunt jura, utrinque  
 enim libertas adeundi vel abstinendi etiam in feudalibus.  
 2. F. 45. utrinque electio an velint ex testamento, an ab inte-  
 stato succedere, modo alii coheredes non adsint *Mev. p. 7.*  
*dec. 61.* Legatorum relinqvendorum solennitas æque du- 51  
 bia,



bia, ac testamentorum apud illustres qui Imperii Status sunt: Nobilibus verò 5. testes adhibendi, si ruri degant, *arg. L. fin. C. de Testam.* quod idem & in illustribus ruri degentibus obtinebit; neutris tamen in bonis gentilitiis heredes gravare licet. Myler. *Gamol. c. 4. n. 28.* nec cessat Falcidiæ & Trebellianicæ detractio, sine expressa prohibitione. *Auth. Sed cum testator. C. ad L. Falcid.* Modi adimendi Legatum iidem, fideicommissa quoque; uti familiarum Illustrium, ita Nobilium habentur. Knipschild. *de fideicom. familiar. Nobil. c. 1. n. 13.* ad evitandam dedecorosam posterorum inopiam; Et constitui possunt ab omnibus, liberam dispositionem, circa rem nullo vinculo affectam, habentibus, seu istud fiat inter vivos, seu per ultimam voluntatem, *arg. L. 135. §. 3. ff. de V. O. L. 21. C. Mandat.* Menoch. *cons. 161. n. 28.* Decius *cons. 443. n. 22.* Sande in *Decis. Frisin. lib. 4. tit. 5. df. 8* modò liberorum legitima non gravetur *L. 32. §. 36. §. 1. C. de Inoff. Testam.*

54 §. XII. In his fideicommissis Illustrium & Nobilium succedunt liberi, ut in fideicommissis nulla certarum personarum mentio facta *L. ult. C. de V. S.* Gratian. *disc. for. c. 35.* & præprimis masculi, per quos familia conservatur. Mantic. *de conjectur. ult. voluntat. tit. 11. n. 6. seq.* Ludov. à Pegvera *dec. 112. n. 2.* Menoch. *lib. 4. præf. 88. n. 5.* unde excluduntur filia. Gabriel. *l. 5. cons. 132. n. 18.* earumque filii. Natta *cons. 182. in fin. Vol. 1.* quod & obtinet in Majoratibus. Molin. *de Hispan. primogen. Lib. 3. c. 5. n. 69.* & in feudis *2. F. 11.* etiam à fœminâ relicta *L. fin. C. de impub. & aliar. subst.* Georg. Everhard *Vol. 1. cons. 52. n. 1.* nisi deficient masculi. Peregrin. *de fideicom. art. 27. n. 20.* quod extra bona feudalia indistinctè verum, præprimis si in fideicommittente clausula sit addita: So lan ge der mântliche Stam wâhren wûrde. Bursat. *cons. 133. n. 1.*

56 Cacheran. *dec. Pedemont. 23. n. 51.* Gail. *lib. 2. obs. 148. n. 5.* ad fœminas tamen devolutum evanescit fideicommissum, & pristinam libertatem recipit, *c. cum cessante. X. de*



*de appellat. Dn. Præses d. tr. dissert. 7. cap. 2. §. 17.*

§. XIII. Admittuntur in fideicommissis Nobilium li- 57.  
 beri diversi matrimonii *L. ult. ff. ad Trebell.* exheredati etiam  
 propter ingratitudinem ante fideicommissum institutum  
 commissam, si expressè *L. 23. ff. de lib. & posthum. L. 8. §. 7. ff. de  
 bonor. possess. contr. a tabb.* non si generaliter & tacitè vocati  
 sunt ad fideicommissum *L. 88 §. 11. ff. de Legat. II.* Covarruv.  
*in c. Raynutius. pr. X. de test. n. 17.* Si ingratitudo sequatur or-  
 dinationem fideicommissi, solenniter exheredati non suc-  
 cedunt *Nov. 115. c. 3. Dn. Præf. d. l. §. 23.* Arrogati aliàs non 58.  
 excluduntur. *Peregrin. de fideicom. art. 22. n. 91. seqq.* nisi in  
 in Majoratib. & Feudis. *Tiraqvell. de jur. Primog. qv. 84.  
 2. F. 2. c. 1. §. adoptivus.* Naturales, si testator sit Illustris vel 59  
 aliàs indignitate constitutus, vocati non censentur, præ-  
 priis in fideicommissis familiarum *Bald. in L. 4. ff. de lib. &  
 posth.* *Mantic. de conject. ult. volunt. Lib. 8. tit. 6. n. 7.* quia non 60  
 habent jura agnatorum & cognatorum, quæ saltem à Patre  
 justo oriuntur. *L. 4. ff. unde cognati,* nec familiæ nomine con-  
 tinentur *d. L. 4. Peregrin. art. 22. n. 83.* nec si instituens sit  
 Nobilis, ipsius nobilitas ad naturales transmittitur. *Pere-  
 grin. d. l. n. 84. arg. L. un. C. de mulier. quæ se prop. serv. Dn. Præf. 61  
 d. l. §. 31.* nec admittuntur Principum naturales in bonis fi-  
 deicommissariis *Gail. Lib. 2. obs. 136. n. 5.*

§. XIV. Naturales legitimati in bonis à persona Illu- 62  
 stri & nobili per fideicommissum relictis, non admittun-  
 tur; talibus enim pudori verteretur si facultates ipsorum ad  
 hujusmodi personas macula natiuitatis notatas deferren-  
 tur, *Bartol. L. 17. §. 6. ff. ad Trebell.* *Dn. Præses d. tract. dissert.  
 7. c. 2. §. 38.* ubi pluribus rationibus hoc confirmatur. Ascen- 63  
 dentes verò etiam in fideicommissis succedunt, non ob-  
 stante, quod in feudis non admittantur *2. Feud. 50.* quia feuda  
 posteris acquiruntur, quorum numero non veniunt Paren-  
 tes. *Vultej. de feud. c. 9. n. 101.* fideicommissa verò familiarum 64



ad conservationem illarum instituta, quod etiam fit per parentes. Molin. *de Hispan. Majorat. lib. 1. c. 4. n. 40.* & collaterales, qui itidem domum, familiam & agnationem conservant Mantic. *de conje&lt. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 12.* sicut & gener & nurus vocantur, si sc. matrimonium morte filii dissolutum fuerit. *L. ult. C. de V. S.*

65. §. XV. Cæterum quoniam in petendo fideicommissio consanguinitas & agnatio probanda, consultum ut libri familiarum Genethiaci (Stam und Geschlechts-Bücher) non tantum ab Illustribus, sed etiam Nobilibus conficiantur, in quibus origo, nomina, insignia & successiones familiarum continua serie describantur. Gail. *lib. 2. obs. 149. n. 7.* qui postmodum propter antiquitatem in Archivis, Bibliothecis, locis honestis & apud alios fide dignos viros reperi, plenè probant *arg. c. ad audientiam X. de præscr. Höpping. de jur. Infig. c. 15. n. 29.* Dn. Præses. *d. tr. dissert. 7. c. 4. §. ult. Re-*

66. liqua ad fideicommissa pertinentia lubens prætermitto, quia Nobilium & Illustrium quoad omnia eadem succedendi ratio existit.

67. §. XVI. Restat ut paucis illam quæstionem in materia successionum evolvam, sc. an spurius matri nobili succedat? Et quidem quod attinet Matrem illustrem, de ea res dubio caret omni; propter *L. si qua Illustris 5. C. ad S. Ctum Orfic.* ubi expressè dicitur, quod spurius, cui Pater incertus est, matri illustri filium ex justis nuptiis procreatum habenti,

68. non succedat; ex ratione addita, quod in mulieribus illustribus castitatis observatio præcipuum debitum, & satis inju-

69. riosum satisq; acerbum sit, nominari spurios *d. L. 5.* & ne liberi justii cum spurii concurrentes, maculâ quadam aspergantur. Et hoc procedit, sive succedere velit ex testamento, sive ab intestato, in tantum, ut ne quidem ex dona-

70. tione inter vivos aliquid accipere possit *d. L.* Quid verò si filii legitimi non extent? tunc à contrario sensu spurium admittunt. Gabriel Palæot, *tract. de Noth. & Spur. c. 21. n. 3.*

An-



Anton de Rosell. *de success. ab intest. n. 18.* Forst. *de success. lib. 6. c. 48. n. 3.* B. Dn. Brunneman. *ad d. L. 5. n. 3.* Dissentire quidem videtur Covarruy. *de matrim. c. 8. n. 15.* sed loquitur ibidem de nato ex incestuoso & damnato coitu. Admittendus fortè esset spurius, si legitimi quidem extarent, sed ex justa causa exheredati, vel hereditate maternâ abstinerint; quoniam exheredati habentur pro mortuis. Carpz. *p. 3. C. 10. def. 12.* nihilominus tamen adhuc excludendum esse spurium, vult Paul. Christin. *dec. Belgic. Vol. 4. Dec. 64. n. 5.* hodiè hæc Lex ad naturales etiam extendenda videtur, quod per Reform. Polit. *de an. 1548. tit. von leichtfertigen Beywoh- nung &c.* spurii & naturales quoad effectum ejusdem farinae reputantur. Struv. *exercit. 38. tb. 22.* Ast quoniam hæc Lex specialis est, & per illam Reformationem Polit. specialiter non immutata, meritò adhuc loqui præsumenda est. Equidem non desunt, qui naturalibus etiam ad Matris Illustris hereditatem viam præcludunt; quibus tamen respondent Salycet. *ad d. L. pen. Bacchov. ad Treutler. Vol. 1. Diss. 23. tb. 2. lit. C.* Matthæsyllan. *de success. ab intest. art. 1. membr. 2. n. 2.* vid. DN. PRÆSID. *tract. de Succession. ab intestat. dissert. 1. cap. 2. §. 52. seqq.*

§. XVII. Hæc cum ita se habeant in Matre Illustri, nunc ostendendum, hæc omnia Matri Nobili etiam convenire, quod tamen negat Mev. *P. 2. D. 83.* Hic ergo repetenda sunt illa, quæ *cap. 1. §. 10.* diximus, titulum nobilitatis apud Romanos Illustres quoque dignitates comprehendisse, ita ut Illustres, Spectabiles, Clarissimi imò ipse Imperator sub hoc titulo comprehenderetur, ut adeò dubitandum non sit, nobiles etiam Matres sub hoc Illustrium nomine venisse; accedit (2) quod in *d. L. 5.* dicatur Mater ingenua & Illustris, quod indicio est, non præcisè ad dignitatem illustrem respexisse Imp. Justinian. *in d. L. 5.* Et sic ingenua & Illustris opponitur fœminæ ingenuæ vili, notante Gothofred. qui secutus est Rolandum à Valle *Vol. 1. cons. 74. n. 23.* unum autem



autem oppositorum dilucidè ostendit, illa omnia esse in-  
 clusa, quæ ex aduerso non fuerunt opposita; (3) ut taceam,  
 77 rationem in textu expressam æq; nobili fœminæ convenire  
 ac Illustri; utrinq; enim castitatis observatio præcipuum  
 debitum est, & quo nobilior & illustrior fœmina, eo quoq;  
 castior esse debet, quod manifestum redditur ex verbis: *Et*  
*hanc legem ipsi pudicitie, quam semper colendam censemus, meri-*  
*tò dedicamus*, non ac si plebejæ omnem castitatis observan-  
 tiam deponere, & inordinatum libidinis instinctum liberè  
 sequi possent; sed quòd improba hæc Venus in Nobilibus  
 tanto conspectior, & ipsorum dignitati tanto probrosior  
 78 fit, quantò eminentior ipsarum præ plebejis est status. Ne-  
 gari equidem non potest, concubinatum de jure Rom. to-  
 lerari *d. L. 5. § tit. ff. § C. de Concubin.* & rationem adulterii  
 cum tabernæ ministra non haberi *L. 29. C. ad L. jul. de Adult.*  
 exinde tamen concludere vix licebit, planè nullam castita-  
 79 tem in plebejis & vilibus eodem jure requiri. Contrarium  
 enim variis ex locis demonstrari posset, ut ex *d. L. 29. Nov.*  
*74. c. 4.* ubi consilium pro illis, qui facilè ignes amoris con-  
 cipiunt, & aliis locis quam plurimis, ubi certæ pœnæ con-  
 stitutæ illis, qui castitatem violassent.

80 §. XIX. Ex præcedentibus igitur constat, ad Nobi-  
 les nostros applicare *d. L. 5.* posse, quia illorum dignitas tan-  
 ta est, ut semper latera Imperatoris & Principum comiten-  
 tur, in consilium adhibeantur, ad maximas dignitates ad-  
 mittantur, & quoad cætera cum Illustribus pari passu am-  
 81 bulent; accedit, quod Dd. hanc Legem ad nobilem quoque  
 fœminam in specie applicent. Tiraqvell. *de Nobil. c. 23. n. 12. §*  
*ibid. allegat.* loquitur enim de Nobilibus, ipsosq; monet, ut  
 luxuriam & libidinem fugiant, subjicitq; illam legem de  
 82 Matre Illustri. Imo spurius Matri illustri non succedit, non  
 tam ex privilegio, quam ex detestatione, quia videlicet  
 contra dignitatem tendit, & quo fœmina illustrior, eo ca-  
 stior esse debet. Godofred. *ad d. L. 5. Mantz. tit. 1. §. 3. n. 72. Inst.*  
*de*



*de success. descend. & in special. sub tit. dignitas, illustris, eadem* 83  
 ergò detestatio est in matre nobili; ut taceam pariter filiis  
 Nobilibus dedecori esse, si cum spuris in successione con-  
 currere deberent, quam illustribus, cum ad æquales digni-  
 tates in aulis Principum admittantur.

§. XIX. Nunc ordo nos vocat ad obligationes, quæ 84  
 nascuntur ex pactis vel contractibus, unde tam Principes,  
 quam Illustres & Nobiles obligantur, nec ulla se eximendi  
 causa subest, quin potius, quò majori quis potentia & digni-  
 tate pollet, eò tenacior in promissis servandis esse debeat,  
 Dn. Brunnem. *ad L. 31. n. 5. ff. de LL. Præit hoc in passu glorio-* 85  
*sisimæ memoriæ Imperator Carolus V. qui cum instigare-*  
*tur, ne in Comitibus Wormat. an. 1521. B. Luthero fidem da-*  
*tam servaret, respondit: Si omnis fides in mundo exularet, ta-*  
*men eandem apud Imperatorem reperiri debere; Quod bene* 86  
 congruit cum isto juris nostri asserto: Principem in contra-  
 ctibus jure privatorum uti *L. 3. C. de Rescind. vendit. c. 1. X. de*  
*prob. Petr. Anton. de Petra tract. de jure quæsito per Principem*  
*non tollendo c. 32. qv. 3. n. 61. & ex tali contractu actionem pro-* 87  
 duci *Cap. Leopold. art. 1. verb. den Armen wie den Reichen/*  
*&c. Myler. Nomol. c. 8. n. 2. seqq. nec ex plenitudine potesta-* 88  
 tis contractum infringi, *Peregrin. de jur. Fisc. lib. 6. tit. 1. n. 10.*  
*& 12. seu contractus ille initus sit spontè, seu ex necessitate,*  
*Illustr. Dn. de Rhez jur. Publ. lib. 3. tit. 2. §. 3. nisi contra Leges* 89  
*Imperii in vasus, captus, aut metu adactus quid promississet.*  
*vid. DN. PRÆS. Diss. de Obligat. Princip. ex fact. Minist. c. 1. num.*  
*26. Myler. d. l.*

§. XX. Obligationes sub clausula banni & obstagii  
 ulteriorem effectum non habent, quam ut executivè pro- 90  
 cedatur contra morosum debitorem. *Bluhm. ad Proc. Cam.*  
*tit. 34. n. 87. Nobilibus tamen Holsatiæ obligandi modus sub* 91  
 clausula obstagii per *Instr. Pac. Osnabrug. art. 8. §. de Indagan-*  
*da in fin. relictus, quem adhuc hodiè ab aliis quoq; adhiberi*  
 posse, modò absint helluationes & commestationes, addito  
 ju-



juramento, docet DN. PRÆS. *caut. contract. sect. 2. c. 1. §. 37. seqq.*  
 Interim dubitari poterat, an Illustres & Nobiles ad carceres  
 92 se obligare queant? fatentur enim Doctores, illos ob civi-  
 lia debita in carcerem duci non posse, Covarruv. *lib. 2. var.*  
*ref. c. 1. n. 4.* Limn. *de I. P. libr. 6. c. 4. n. 58.* Tiraqvell. *c. 20. n. 30.*  
 Balduin. *in L. 1. C. qui bon. ced. poss. quod & apud Ægyptios le-*  
*ge cautum fuit, teste Diodor. Sicul. lib. 2. si vel maximè re-*  
*nuncient huic privilegio Covarruv. p. 2. relect. c. quamvis de*  
*paet. in 6to.* Verùm tales obligationes & renunciaciones  
 93 in praxi procedere testatur Gail. *2. obs. 45. n. 3. & 4.* Carpzov.  
*P. 2. C. 22. def. 1.* Mev. *lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 89.* DN. PRÆS. *cautel. con-*  
*tract. sect. 2. c. 1. §. 39.* Et inde dubium non est, illustres pari-  
 ter ac Nobiles Juri suo renunciare posse.

§. XXI. Promissionem sub fide Illustri & Nobili fa-  
 94 ctam vim juramenti habere in illis, quæ corporale jura-  
 mentum non requirunt, notum est. Myler. *Nomol. c. 6. §. 19.*  
 B. Dn. Brunnem. *ad L. 31. n. 6. ff. de LL. Mynsing. 1. obs. 17.* Gail.  
 95 *2. obs. 59.* Struv. *Exercit. 17. tb. 11.* quia magna pro ipsis stat  
 virtutis præsumptio *arg. L. an. ff. de Off. Pref. Prat. Stephan. de*  
*Nobil. c. 6. n. 17.* Vultej. *Vol. 4. c. 12. n. 10.* Et dicuntur fidei ob-  
 servantissimi, Vultej. *Vol. 3. Conf. 33. n. 175.* & sincerè agere  
 Vultej. *Vol. 2. conf. 34. n. 148.* in tantum, ut illa intercedente,  
 aditum ad beneficia fidejussoria intercludat. Hering. *de fi-*  
*dejuss. p. 1. c. 27. n. 296.* Surd. *dec. 234.* eandem vim inesse vo-  
 96 lunt fidei per conjunctionem manuum datæ *c. ad aures X.*  
*quod vi metusve caus.* Sed pœna perjurii locum non habet in  
 97 causa contraventionis, de quâ in *L. 41. C. de transact.* quic-  
 quid dicant Anthon. Matthæi *de crimin. lib. 47. tit. ult. c. 1. n. 4.*  
 Hieron. Schurf. *cent. 3. conf. 62. n. 12.* Fichard. *Vol. 2. conf. 31. n. 14.*  
 non enim adest invocatio nominis divini, Myler. *c. 1. n. 32.* &  
 98 *ibi citat.* qua cessante, perjurium quoq; cessabit. Hinc faci-  
 lis quoq; est decisio, an Nobiles super chirographo, quod  
 propriâ eorum manu subscriptum, sigilloq; confirmatum  
 est, disputare possint? Negat id Gylman. *Dec. Cameral. lib. 1.*  
*dec.*



dec. 4. num. 35. sed rectius affirmatur, quoniam adhuc iuper-  
esse possunt exceptiones executionem tollentes. Myler.  
Nomol. c. 6. §. 46.

§. XXII. Plerumq; solet mutuo adjici certa usura- 99  
rum quantitas, quæ jure Civ. usq; ad centesimas h. e. 12. pro  
centum in trajectitiâ pecunia, propter periculum & pretii  
varietatem, permisa erat *L. Periculi pretium 5. ff. de naut. fœn.*  
Illustribus verò expressè prohibet, ne ultra tertiam partem 100  
centesimæ h. e. ultra 4. pro centum usurarum nomine in  
quocunq; contractu stipulentur. *L. 26. §. 1. C. de Usur.* aliàs de  
superfluo non dabatur actio, aut si solutum fuisset, forti im-  
putabatur *d. l. 26.* An eadem prohibitio in Nobilibus ob 101  
tineat, non exprimitur in *d. L. 26. §. 1.* cum verò ibi illustrium  
& qui supra illos sunt mentio fiat, & lex prohibitiva strictè  
interpretanda, ad Nobiles spectare non videtur. Secun- 102  
dum praxin hodiernam iste personarum respectus non  
amplius attenditur, postquam per Const. Imper. *de An. 1548.*  
*1577. tit. 17. & An. 1600.* quicunq; omnibus indistinctè fue-  
runt concessæ; Loquuntur quidem illi recessus tantum de  
annis redditibus, sed usu & praxi hætenus invaluit, ut ea- 103  
dem quantitas extenderetur ad usuras. *Struv. Exerc. 27. th.*  
*49. Rec. de Anno 1654. §. Anreichend die zukünftige Zinsen/*  
quod Saxones servant, ita ut si quis in Electoratu majores  
stipuletur, sorte cadat. *Philipp. ad Dec. Elector. 8. observ. 3. n. 5.* 104  
Marchici verò tolerant semissales, ut hinc nihil amplius in-  
terfit, an Illustris, an Nobilis, an Civis usuras stipuletur.

§. XXIII. Quæ supersunt circa reliquos contractus, 105  
illa lubens prætereo, ne ea cumulare videar, quæ jam nota  
& Illustribus cum Nobilibus & plebejis communia sunt; Si  
illa adhuc monuero, Nobiliores natalibus, & honorum luce 106  
conspicuos, & patrimonio ditiores & hinc sine dubio etiam  
illustres, arceri à mercatura & sordidis lucris *L. 3. C. de Com-  
merc. & Mercat. L. 6. C. de dignit.* quod intelligendum de mer-  
catura tenui & solius quæstus gratia susceptâ, quæ deroga-

G

ret



ret nobilitati, Stracha de Mercat. P. 3. n. 14. B. Dn. Brunnem. ad  
 107 L. 3. C. de Commerc. & Mercat. n. 3. & contra incipientes mer-  
 cari mandata sine clausula dari possunt. Mev. p. 2. dec. 3. Dn.  
 Brunnem. d. l. n. 4. Convenit hac in parte Jus Saxonicum  
 cum jure Civili: Expressè enim in Ordinatione de an. 1555.  
 pro visum, daß die Stands- und Adelige Personen ih-  
 rer Ritter-Golden und Güter warten / und nicht davor ach-  
 ten / als ob Ihnen frey und ihrem Stande gemäß sey / allerley  
 Nahrung / Besuch / Gewinnst und Handthierung zu üben und  
 fürzunehmen / welche Bürgerliche und armer Leute Stände  
 von Altershero gebraucht haben und noch / sondern sie sollen  
 sich dessen gänzlich enthalten / Tit. brauen und schencken  
 108 auffn Lande. Cerevisiam tamen coqvere possunt pro sua  
 familiae necessitate Mev. P. 2. Dec. 2. B. Dn. Brunnem. d. l. n.  
 ult. ut & fructus, quos ex bonis suis perceperunt, liberè &  
 absq; vectigalib. vendunt L. 5. C. de Vectigal. & Commis. Nold.  
 c. 11. n. 99. Köppen. Decis. 61. n. 4. p. 1.

## CAP. IV.

De Jure Illustrium circa Actiones  
Nobilibus Competente.

## SUMMARIA.

De foro Illustrium de jur. Ro-  
 man. n. 1.

Illustres alii ordinarij, alii ex-  
 traordinarii. n. 7.

Per Procuratorem agebant de  
 jur. Rom. n. 13.

Ratio. n. 14.

Etiā in actione injuriarū. n. 15.

De foro Illustrium & Nobilium  
 bodierno. n. 20. seqq.

De Austregarum foro. n. 31.

De foro Illustr. & Nobil. media-  
 torum. n. 40. seq.

De judicio Equestri. n. 44.

In quo Advocatus etiam No-  
 bilis esse debet. n. 45.

De



<p><i>De secunda Illustr. &amp; Nobil. immediat. instantia. n. 47.</i></p> <p><i>De modo procedendi in foro Austregarum. n. 50.</i></p> <p><i>De personis judicum &amp; ordine sedendi in judicio. n. 54.</i></p> <p><i>Illustr. &amp; Nobiles delent in scriptis citari. n. 63.</i></p> <p><i>De in jus vocatione Roman. n. 67.</i></p> <p><i>Illustres. Nobiles &amp; egregia persona domi testes examinandi. n. 79. seq.</i></p>	<p><i>Illustres &amp; Nobil. citati pro dignitate iter faciunt. n. 90. sq.</i></p> <p><i>De concipienda &amp; publicanda sententia. n. 93. seq.</i></p> <p><i>Illustr. &amp; Nobil. delinquentes mitius puniuntur. n. 97.</i></p> <p><i>An sint suspendendi. n. 102.</i></p> <p><i>An sint torquendi. n. 105.</i></p> <p><i>An fustigandi. n. 108.</i></p> <p><i>An ad triremes condemnandi. num. 109.</i></p> <p><i>An ipsis manus amputanda. n. 110.</i></p>
---	--

S. I.

**F**orum Illustribus privilegiatum Jure Romano compe-  
 tebat, tot. tit. C. ubi Senatores vel Clariss. civiliter vel Crimi-  
 naliter conveniantur. Et conveniri non poterant in delictis  
 five publicis, five privatis, nisi coram Principe, aut coram  
 delegato, cui Princeps cognitionem commiserat L. 1. & 3. C.  
 d. t. B. Dn. Brunnem. *ibid.* L. 17. C. de Dignit. qui tamen dele-  
 gatus non potestatem condemnandi d. l. 3. verb. *ut ne sacro*  
*quidem cognitori nostro contra hujusmodi viros, vel eorum sub-*  
*stantias statuendi aliquid concedamus facultatem; sed nu-*  
*dam cognitionem habebat, ibi: ut intentatum apud se cri-*  
*men, si patefactum fuerit, ad principalem referat motionem.* Prin-  
 ceptus ergo consulendus erat, antequam condemnarentur,  
 Tiraquell. *de Pœn. temper. caus. 31. n. 40.* Barbof. *Collect. ad L. 3.*  
*C. in quib. caus. militant. n. 1. 4. & n. 11.* aliud si absolvendi es-  
 sent, quod inconsulto Principe fieri poterat, verb. *reo vide*  
*licet protinus absolvendo.* Barbof. *d. l. Brunnem. d. l.* Hoc et  
 iam procedebat, si illustris accusator contra alium pariter  
 Illustris accusationem suscepisset, & crimen probasset,  
 quo casu itidem in condemnando accusatore Princeps

m. ad  
 mer-  
 . Dn.  
 icum  
 . 1555.  
 n ih,  
 ach  
 lerley  
 n und  
 tãnde  
 sollen  
 ncken  
 o suæ  
 d. l. n.  
 berè &  
 Nold.

nes

obilium

n. 31.

media

4.

am No

De





- consulendus erat, verbis: *nisi forte accusator quod non minoris quam reus sit dignitatis.* Farin. *Pr. Crim. qv. 98. n. 109.* Barbof. 7 *d. l. n. 5. 6. & 13.* Distinguebantur autem Illustres Ordinarii, qui administrabant illustrem dignitatem, ab illis, qui Codicillis honorati essent sine administratione *d. l. 3. §. 2.* Tholosan. *Syntagm. Jur. Civ. lib. 47. c. 12. n. 17.* Cujac. *ad Nov. 71.*
- 8 In illis quæ dicta sunt, obtinent, non in his; quippe qui coram Præfecto urbi, aut Magistro officiorum, præcedente
- 9 jussione Principis conveniebantur *d. §. 2.* Barbof. *d. l. n. 8.* Hi quoque accusati in judicio honorem sedendi non habebant, sc. quoties in urbe conveniebantur, aliud si in provinciis. *d. l. 3. §. 2. & 3.* quæ prærogativa tamen prioribus tribuebatur, ut aliquantulum inferius à cognitore causæ, elevatori autem ab altercantibus loco sederent *d. l. 3. pr.* Barbof. *d. l. n. 3.*
- 10 & 7. *seqq.* nisi Princeps post factam relationem responderit, & sessionis jus adimi, pœnamque irrogari jussit *d. l. 3. pr.*
- 11 Insuper & id privilegii habebant, quod ipsorum accusationes, non obstantibus fatalibus, celerrimè audiendæ essent *d. l. 3. pr.* Barbof. *d. l. n. 2.* quod profectò magnum privilegium
- 12 erat. Quæ omnia illustribus concessa videntur ob splendorem perfunctæ dignitatis *L. 1. C. de Præfect. Præf.*
- 13 §. II. Quodsi illustribus causa in judicio peragenda esset, illa per Procuratorem peragi debebat *L. 25. & Auth. hoc*
- 14 *jus C. de Procur.* Cujac. *ad Nov. 71.* ne adversarios suos, aut judices, suâ præsentia terrerent, aut ipsorum Autoritas evilesceret si enim agerent causam, stare deberent, sed ratione dignitatis sedent cum judice. *L. 3. C. ubi Senator. vel clariss.* quod esset absurdum, Dn. Brunnem. *ad L. 25. C. de Procur.* Jo-
- 15 han. Althus. *Dicæol. lib. 3. c. 51. n. 3.* imò in actione injuriarum criminali, seu ipsi agant, seu conveniantur, per Procuratorem agere & se defendere possunt *L. ult. C. de Injur.* quod & uxoribus & liberis utriusque; Sexus superstitite marito & Patre permissum *d. L. ult.* quæ Canonisata est per *c. absens §. nisi, cau-*
- 17 *sa 3. qv. 9.* Decisio tamen hæc non aliter nisi in injuriis locum

cum



cum habet Farinac. *pr. Cr. qv. 115. n. 119.* & personæ illustres in-  
 scriptionem in personâ propriâ facere tenentur, ita ut sen-  
 tentia in ipsas feratur, contra *L. 22. C. de Procur. L. 1. C. de sen-* 18  
*tent. & interlocut.* ut adeò hoc admodum singulare, & talis  
 Procurator nudus minister sit, qvi vicarias operas præstet &  
 faciat ea, quæ sunt à dignitate istarum personarum alieni-  
 ora, quod & in Camera observari tradit Gail. *lib. 1. obs. 111.*  
 & *lib. 2. obs. 102. n. 7.* Struv. *Exerc. 44. tb. 9.* Bachov. in Wefen-  
 bec. *h. t. n. 16.* Dn. Brunnem. *ad d. L. ult. n. 6.* aliæ autem perso- 19  
 næ juri communi se conformant *d. L. ult.* Barbof. *ad Auth. hoc*  
*jus C. de Procur. n. 1.*

§. III. Quod attinet privilegium fori illustribus de ju- 20  
 re Romano tributum, illud hodie Illustribus & Nobilibus  
 convenire videtur, cum distinctione tamen; si enim Illu-  
 stris vel Nobilis, qvi est in ministerio Principis, in ea civita- 21.  
 te, ubi vel Princeps ipse est, vel ubi Principis negotia exer-  
 cet, delictum commiserit, tunc Magistratus Municipalis  
 non inquirat, sed ad Principem cognitio & punitio delicti 22.  
 commissi spectat; quoties verò exempta est persona ab ali-  
 cujus foro, est quoq; exempta ejus familia *arg. L. un. C. si*  
*qvac. prædit. potest.* Secus si illustris vel Nobilis in alio loco 23.  
 priorum negotiorum causa versetur; tunc enim puniri  
 secundum statuta & consuetudines illius loci, ubi deliquit,  
 posset, Bald. *in L. 1. C. ubi Senat. vel clariss. præprimis si non sit* 24  
 Minister Principis; eo enim ipso quod in urbe delinquit, se  
 ejus judicis jurisdictioni subjicit. *Auth. qua in provincia C. ubi*  
*de Crimin.* Fachsius *tom. 2. Consil. illustr. Conf. 46.* quod proce- 25.  
 dit, si in loco delicti apprehendatur; secus si aufugerit, &  
 in prædiis suis degat, hoc enim casu cognitio esset Princi-  
 pis. Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisdic. p. 2 c. 2. n. 81 seqq.* B.  
 Dn. Brunnem. *proc. Crim. c. 3. n. 30. seqv.* Pariter habent il- 26  
 lum sedendi honorem Nobiles aliquibus in locis, teste Pe-  
 retz. *ad L. ult. C. ubi Senat. vel clariss. n. 5.* nec non hanc præroga- 27.  
 tivam, quòd in criminalibus per Procuratorem possint com-  
 parere,



- parere, Tiraqvell. *de Nobil. c. 20. n. 141.* Nolden. *de Nobil. c. 10. §. 11.* B. Dn. Brunnem. *ad L. ult. C. de injur. n. 7. & seqq.* Treutl. *Vol. 2. Disp. 30. tb. Lit. H.* Dissentit Dn. Maurit. *de Nobilit. tb. 38.*
28. Et de Gallia praxi contraria testatur Tiraqvell. *c. 20. n. 14.* In civilibus liberum ipsis est, an velint per procuratorem agere, aut excipere, nisi simul metus potentia adsit. Struv. *exerc. 7. tb. 23.* Non tamen in foro Saxonico jurare possunt per procuratorem, sed ipsi jurare tenentur, ita tamen ut illustres non in publico, sed in loco audientia istud faciant, Ord. Proc. *tit. 18. §. es sol auct.* Carpz. *Proc. tit. 11. art. 2. n. 32. seqq.* Barbos. *Lib. 9. c. 11. ax. 1.* quod de Nobilib. etiam asserit Mevius *P. 4. dec. 264.* B. Dn. Brunneman. *ad L. 15. ff. de iurejur. n. 7.*
31. §. IV. Illustribus Imperii competere Austregas h. e. beneficium primae instantiae coram electis iudicibus ex privilegio, praxis Imperii sufficienter demonstrat, Illustr. Dn. de Rhetz. *I. P. lib. 4. tit. 2. §. 7.* & regulariter omnes Status Imperii illud habent, si excipias civitates Imperiales, quibus non omnibus, sed certis tantum hoc privilegium indultum, ut Norimbergae, Ratisbonae & olim, antequam auream libertatem cum ferreo Gallicae Tyrannidis jugo foedere commutaret, Argentinae, quae in specie primos iudices habuit, Basileam, Wormatiam & Ulmam, ex quibus una civitas eligebatur ab actore. Bluhm. *in proc. Camer. tit. 26. §. 53.* Limn. *de jur. Publ. lib. 9. c. 5. n. 16.* privilegia integra recenset
33. Wehner *in tract. de modo appellandi in Camera c. 7.* Sunt tamen etiam aliqui, qui non sunt Status Imperii, & tamen Austregis gaudent, quorsum spectant Principes Appanagiati, & non regentes. Dn. Praeses *Disput. de foro Austregar. tb. 30. & Nobiles immediati d. tb. 30.* Ordin. Camer. *Imper. p. 2. tit. 3. & 5.* Guil. Roding. *in pande et. jur. Cam lib. 1. tit. 4. & seqq.* &
34. quidem inter se, non si conveniantur a mediatis vel aliis privatis, quo casu in Camera conveniendi. Mynsing. *1. obs. 89.* Idem est, si Nobilis mediatus Nobiles, Barones & Com-



Comites immediatos convenire velit, Gail. *liv. 1. obs. 1. n. 17.*  
 Nolden. *de Nobil. c. 16. n. 153.* sicq; differunt à Principibus. 36  
 Schütz. *Vol. 1. Diss. 9. th. 11. lit. B. Maurit. de Nobil. th. 50.* Ci- 37  
 vitates verò Imperii superant, Nolden. *de Nobil. c. 16. n. 151.*  
 Cæteri sive Comites sive Barones, imò etiam Prælati in ter- 38  
 ritoriis aliorum Statuum Imperii bona mediata possidentes,  
 non verò aliqua immediatè Imperio subjecta habentes,  
 Austregis destituuntur; sicuti etiam Prælati in territoriis 39  
 Statuum, neq; ratione personæ suæ, neq; ratione bonorum  
 coram Austregis conveniri possunt. Dn. de Rhetz. *jur. Publ.*  
*lib. 4. tit. 2 §. 7.* multo minus dubitandum est de Nobilibus 40  
 & illustribus, mediatè possessionatis, quippe qui tanquam  
 subditi, Dominum territorii superiorem agnoscere tenen-  
 tur, forumq; ipsius ratione primæ instantiæ declinare non  
 possunt, nisi in illis, quæ jure communi omnibus sunt con- 41  
 cessa, veluti in prorogationibus jurisdictionum tacitis seu  
 expressis *L. 29. C. de pact.* Dn. E. August. Stryk. *Disquis. fo-*  
*rens. de efficacia renunciationis fori hodierna, membr. 3. per tot.* In 42  
 Arbitris *L. 16 ff. de recept. quæ arbitr. L. fin. C. de judic.* modò non  
 fit causa feudalis, Anton. *Diss. 9. th. 2. lit. F.* Dn. Præses *exam.*  
*Feudal. c. 19. qu. 22. & c. 25. qu. 11.* quanquam maxima sit diffe- 43  
 rentia, inter judicium Austregarum & Arbitrium. Aut 44  
 nisi ex privilegio, quæ est judicium Equestre, quo pro-  
 vocari solet, si Nobilis vel illustris famam suam ab alio læ-  
 sam legitimè vindicare velit, quo casu judicium coram aliis  
 Nobilibus antiqui stemmatis formatur es wird die Ehren  
 Taffel besetzt/ubi nemo Civium admittitur, imò & ipsi cau- 45  
 sam perorantes, Nobiles esse debent. Neuter Bestallung zu  
 Speier tit. Wie das Ritter Recht zu bestellen. vid. supra  
 §. 17. c. 1. Cæterum de jure Communi illustribus & Nobi- 46  
 libus turpe non est aliorum causas orare *L. 1. pr. ff. de Postul.*  
*Ordin. Cam. P. 1. tit. 18.* Rec. Noviss. §. Sintemahl aber in  
*fin* Sed de jure Saxonico in causis fodinarum expressè pro-  
 hibentur oratores agere. vid. Silber *Ordn. art. 99. fol. 46. p.*  
 §. V



47 §. V. Sic ergo certum, omnes Illustres & Nobiles im-  
mediatos post primam instantiam, quæ est in foro Austre-  
garum forum sortiri in Camera, vel Aulico Imperatoris ju-  
48 dicio, quæ duo judicia concurrentem habent jurisdic-  
tionem. Superfunt tamen adhuc quædam personæ, quæ ab  
49 hac universalitate excipiuntur, ut ut vel maximè bona Im-  
perio immediatè subjecta habeant; ut sunt omnia Capitu-  
la immediata & libera; Eorum enim Episcopi, Prælati &  
Canonici sive sint Illustri sive Nobili dignitate conspicui,  
quo ad suas personas in Camera vel Aulico judicio non  
conveniuntur, sed Pontificem per concordata Germaniæ  
agnoscunt judicem, quippe à quò qualitatem Clerica-  
lem habent, Illustr. Dn. de Rhetz. *jur. Publ. libr. 4. tit. 1.*  
§. 35.

50 §. VI. Ex quibus causis præcipuè Illustres & Nobiles  
dicto jure Austregarum fruuntur, quibusq; modis pro di-  
versitate causarum judices Austregarii constituuntur,  
processusq; instituitur, de eo videri poterit. Bluhm. *ad Proc.*  
51. *Camera. tit. 27. n. 57. seqq.* & Dn. de Rhetz. *d. lib. 4. tit. 2. §. 9. seqq.*  
ubi prolixè omnia recensentur, & post quatuor causas, qua-  
tuor etiam modi subjunguntur, ita ut quisq; modus varias  
52. iterum producat species. An illustres & Nobiles huic fo-  
ro renunciare, & statim ad Cameram alterâ parte invitâ  
provocare possint, ideo videtur esse dubium, quod quisq;  
juri pro se introducto renunciare possit. *L. pen. C. de pact.*  
53. Sed negandum hoc potius est, quia renunciatio talis non  
aliter procedit, quàm si tertii conditio deterior exinde non  
fiat, quod contingeret, si alter non consentiat, ob adem-  
ptum appellationis commodum.

54. §. VII. Quod personas Judicum, & ordinem seden-  
di in judicio attinet, multùm deferendum est Nobilitati  
Barbof. *ad c. 28. X. de concess. Præbend. n. 2.* & dignior plerumq;  
55. locus illis est tribuendus, Gail. *lib. 1. obs. 21.* habent enim ma-  
gnam pro se virtutis præsumtionem *arg. L. un. ff. de Off. Præf.*  
Præ-



*Prætor.* quæ efficit, ut in Legationibus & muneribus capes-  
 sendis regulariter aliis præferantur, *arg. L. 14. §. 3. ff. de n. uner.*  
*& honor. L. 7. §. 2. de Decur. Nov. 15. c. 1.* prouti Campi Mare- 56  
 schallus in Imperio nullum alium sibi adjungere potest E-  
 quitum Magistrum, nisi Nobilem, Reuter Bestallung zu  
 Speier *de ann. 1570. tit.* **Wie das Ritter Recht zu be-**  
**stellen.** Limitationem tamen hoc patitur in Camera Impe- 57  
 riali, si enim ibi præficiendus est judex (der Cammer-Rich-  
 ter) quem ipse Imperator constituit *per Rec. Imp. de ann. 1548.*  
*§. 22.* ad minimum Comes vel Baro eò evehitur, non ideo ac  
 si via Nobilibus eò adspirandi planè præclusa sit, sed ut  
 major Auctoritas judicio accedat, cum reliqui Præsides &  
 Assessores sint ex ordine Nobilium & Doctorum, *Instr. Pac.*  
*art. 5. §. 53.* Deckher. *Relat. Cameral. Noviss.* Hoc & in aliis 58  
 judiciis, Tribunalibus & Dicasteriis Regum & Principum  
 observatur, ita tamen, ut Nobiles eodem jure censeantur, &  
 ad Præsidis aut ad Judicis munus adhibeantur. Exempli 59  
 loco hic succurrit instructio Archidicasterii inferioris Lu-  
 satia, quæ *cap. 9.* ita habet: Dabey aber allezeit das Absehen  
 so wohl bey Herrlichen / als Ritterstandes Personen auff die  
 eingebohrenen &c. & paulò post und zwar das der Præsident  
 wen er Herren Standes zum wenigsten auff 20000. Thal.  
 hoch angesehen / so er aber aus den Ritter-Stande ein Dorff 60  
 mit einen Ritter-Sitz habe &c. Illud adhuc monendum,  
 quod *per artic. 40. Cap. Leopold.* Nobiles in Aulico Judicio  
 Cæsareo primum locum ante Comites & Barones, non si-  
 mul Status Imperii obtinere possint, si prius in numerum 61  
 sint relati; verba quæ noviter inserta. So dan verfügen / das  
 in unsern Reichs-Hoff-Kriegs-und andern Rächten auff den  
 Ritter bäncken zwischen denen von Ritter-Stande welche zu  
 Schild und Helm Ritter und Stifftmäsig gebohren und des-  
 nen Graffen und Herren so in den Reichs Collegiis keine Sessi-  
 on oder Stimme haben oder von solchen Häusern entsproßen

H und



und geböhren sind / in der Nachts Session dem alten Herkommen gemäß kein unterscheid gehalten / sondern ein jeder nach Ordnung der angetretenen Nachtsdiensten ohne einigen von  
 62 Standes wegen unter denselben suchenden Vorzug verbleibe /  
 & hæc ordinatio optimè respondet juri Civili, ubi illi, qui de eodem sunt Collegio, regulariter locum ex tempore receptionis tenere debent, L. 8. C. de Advocat. divers. judicium & L. 7. §. 1. C. de Advoc. divers. judiciorum.

63 §. II. Porro juris Civilis placita Illustrium honori id dederunt, ut nullam ex cujuslibet judicis sine scriptis habita sententia conventionem, neq; in Civili neq; in Criminali causa sustineant L. 17. C. de Dignit. Sigismund Scaccia Lib 1. de judic. c. 33. Marant. in tit. de citat. n. 76. Cujac. ad d. L. 17. videtur enim dignitati ipsorum aliquid decedere, si  
 64 nuda executoris voce conveniantur. Idem sentiunt de Nobilibus. Guido Papæ singular. 82. n. 7. Tiraqvell. de Nobil. c. 20. n. 187. Hilliger in Donell. libr. 23 c. 2. lit. T. & hos referens Dn.  
 65 Brunnem. ad tit. Cod. de Dignit. n. 39. Mantz. in special. tit. dignitas, Illustris, de quo tamen Gallia praxin recessisse tradit  
 66 Tiraqvell. de Nobilitat. c. 20. n. 187.

67 §. IX. Fiebat olim in jus vocatio privatâ auctoritate, ita ut ipse qui acturus erat, adversario sibi fortè obvio denunciaret, ut secum veniret in jus: Qui vocatus si protinus & illicò non sequeretur, nec satisdaret iudicio fisci, invitus obtorto collo in jus, seu ad Prætorem, duci & trahi poterat, secundum LL. XII. tabb. arg. L. 18. ff. de in jus vocand. L. 103. ff. de R. I. §. 1. I. qui satisdar. cogant. Brisson. de form. & Solennib. Popul. Rom. lib. 5. init. quæ violenta deductio licet paulatim exoleverit, tamen ista simul privata vocatio seu denunciatio non desuit, sed si reus ita in jus vocatus, non iret, nec cave-  
 68 ret, multabatur L. 2. §. 1. ff. si quis in jus vocat. non iver. Struv. Exerc. 5. tb. 3. tandem jure novo per Apparitores auctoritate Magistratus fiebat in jus vocatio L. 9. C. de honor. aut jud. possess.



*possess.* ab hac per Apparitores facta vocatione illustres erant liberi, §. *prac.* ut & à cautione illâ judicio fisti, quæ fiebat per fidejussores; sive hos habere possent, sive non *L. 17. 70*  
*pr. C. de Dignit.* quod extensum quoque est ad Spectabiles *L. 71*  
*12. pr. C. de prox. sacr. scrip.* sive Civiliter sive Criminaliter con- *72*  
 veniantur *d. L. 17.* juratò tamen promittebant se sistere vel- *73*  
 le, quod si perjuri fierent, in Civilibus Actor mittebatur in  
 possessionem, in Criminalibus spoliabantur Illustri dignitate,  
 etiam inconsulto Principe damnabantur *d. L. 17. Cujac. ad d.*  
*L. Si verò gravius aliquod crimen patraissent, vel fidejusso* *74*  
*ribus L. 16. C. de Dignit.* vel ut alii legunt, tuitioni militari  
 committuntur *B. Dn. Brunnem. ad tit. Cod. de Dignitat. n. 38. 75*  
 quæ omnia contra Bartol. Nobilibus quoque asserit Tiraqvel.  
*de Nobilit. c. 20. n. 89.* Verum cum rarius hodiè in judiciis hanc *76*  
 cautionem præstet reus, nisi in ioco judicii domicilium for-  
 san non habeat, & sic periculum fugæ subsit *Carpz. Pro-*  
*cess. tit. 9. art. 5. n. 15. & Lib. 2. Resp. 79.* rarior quoque hujus asseri  
 erit usus, præprimis, cum Nobiles ut plurimum bona possi- *77*  
 deant immobilia, quæ à cautione liberant *Carpz. p. 1. C. 5. df. 78*  
*2. seqq.* Sed in criminalibus illud hodiè non observari tra-  
 dunt, allegati à *Nolden. de Nobil. c. 10. n. 87.*

§. X. Testes aliàs coram judice testimonii ferendi cau- *79*  
 sa comparere tenentur, si citati fuerint, quoniam est actus  
 judicialis *Nov. 124. c. 1. B. Dn. Brunnem. ad L. 15. ff. de jurejur. n.*  
*1.* Illa tamen necessitas comparendi in judicio personis e- *80*  
 gregiis remissa est, *L. 15. ff. de jurejur.* quorsum etiam pertinent  
 non tantùm Illustres, sed & Nobiles *Mev. p. 4. dec. 264. Con-* *81*  
 filarii Principum *Mev. p. 5. Dec. 238. Episcopi Nov. 123. c. 7.*  
 Mulieres eximiæ dignationis, quæ propter honestatem vitæ *82*  
 extraneis viris se monstrare non consueverunt *d. Nov. 124. c.*  
*1. Alexand. Stiatic. in proc. judic. c. 17. n. 17.* alleg. à *Dn. Brunne-*  
*man. d. l. 15. n. 2. Ddres Bartol. Bologn. in repet. auth. Habita C. ne*  
*filius pro patre n. 68. Vol. 7.* tales enim personæ nõ facile trahen- *83*  
 dæ sunt personaliter in judicium; sed ita vocari debent, ut





84. potius videantur rogati. Hinc ne iudicii imperium distra-  
hant vel recusent, ad eos accedendum est, vel mittendus  
Notarius, ut domi suæ jurent & examinentur, Scaccia *de*  
85. *judic. lib. 1. verb. text. mitti oportet.* Quod verò parte invitâ jus  
jurandum egregiis personis remittendum sit necessariò, id  
86. nullibi habetur Dn. Brunnem. *ad d. L. 15. n. 8.* quamvis enim  
pro Nobilibus in dubio major, quàm pro plebejis fidei præ-  
sumptio sit. *arg. L. 3. ff. de Testib. Nov. 90. c. 1.* tanti tamen non est,  
ut eorum assertio injurata sufficiat ad condemnandum a-  
lium, nisi peculiari consuetudine alicujus loci aliud intro-  
87. ductum, quod factum in nonnullis Germaniæ locis, ubi  
sufficit si per scripturam deponant. *Unter ihrer Hand und*  
*Petschafft / absq; corporali juramento, & depositionem*  
88. hanc judici mittant, teste Gail. *1. obs. 100. n. 21. seq.* Pariter in  
Archiducatu Austriæ ac Regno Bohemiæ ex singulari pri-  
vilegio & longa observantia receptum esse, ut illustres &  
Nobiles sola scriptura propria sigillo munita, absq; jura-  
menti corporalis præstatione testimonium dicant, idq; si-  
mili modo in Bavaria quoq; & aliis locis obtinere tradit  
89. Myler. *Nomolog. c. 7. §. 6.* ubi tamen hoc receptum non est, ibi  
ad juramenta teneri verius est *L. 19. C. de Testam. Gail. d. l.*  
*Schütz de Stat. rei Roman. Disput. 6. th. 6. lit. D.*
90. §. XI. Huc etiam pertinet illud, quod communiter à  
Ddribus allegari solet, Illustres & Nobiles non ire pedes,  
sed eqvo vel vehiculo uti, nec teneri comedere allium &  
panem atrum, Knipschild. *de Fideicomm. fam. nobil. c. 8. §. 39.*  
91. *seq.* Si enim Illustris vel Nobilis è longinquo ad testimoni-  
um dicendū evocaretur, aut ad se defendendum citaretur,  
posse illum pro conditione & dignitate sua curru vel eqvo  
vehi, hosq; sumtus ipsi restituendos esse ab actore succum-  
bente, vel productore testium, ut & illos quos in alimenta  
ampliora impendisset. *L. 11. C. de Testib. Limn. jur. publ. Lib. 6.*  
92. *c. 4. n. 51.* Cum ex adversò rustico neutrum restitua-  
tur, si nimirum lautè viveret, & vel eqvo vel vehiculo pro-  
ficisce-



ficisceretur, talia enim sunt supra sortem rustici, & per hoc alterius conditio deterior reddi nō debet, Nolden. *c. 10. n. 85.*

§. XII. Jure Codicis debent judices, quos cognoscendi & pronunciandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habitā post negotium sententias ponderatas sibi ante formare, & emendatas statim in libellum fideliter conferre, scriptasq; ex libello partibus legere *L. 2. C. de sentent. ex peric. recit.* & scriptura in causis summaris quoq; necessaria *Clement. saepe de V. S. B. Dn. Brunnem. proc. Civ. c. 27. n. 47. seqv.* Excipiuntur tamen ab hac legendi necessitate judices Illustres, quibus licentia conceditur etiam per officium suum, & eos qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitivas recitare *d. L. 2. Interlocutoria* enim etiam sine scriptis fieri possunt *L. 3. ibi: ultimas definitiones, B. Dn. Brunnem. ad L. 2. C. de sent. ex peric. recit. num. 3.* Hinc in Camera Spirensi per Protonotarium praesente Praetore aut Praesidum uno recitantur sententiae, de quo Hilliger in *Donell. lib. 28. c. 3. lit. I. B. Dn. Brunnem. ad L. 2. § 3. C. d. t. n. 5.* quod & in aliis judiciis majoribus & Dicasteriis observari quotidiē videmus, *Lauterbach. Comp. ff. tit. de Re Jud. § effect. sent. lit. C.*

§. XIII. Illustres & Nobiles mitius puniendi sunt, *Tiraqvell. de Nobil. c. 20. n. 108. seqq. Steph. de Nobil. c. 6. num. 40. seqq. Befold. de jure Ordinibus Civ. th. 41. Nolden. de Nobil. c. 12. n. 101. Kreideman. von des deutschen Adels/ sonderlich der freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben Staat und Stand qu. 4. n. 287.* Majora enim ipsorum merita sunt in Reip. quam plebejorum, ut adeo proportio Geometrica non Arithmetica sibi locum vindicet *L. 6. ff. ad L. Jul. pecul. L. 4. L. 12. ff. de Incend. recin. naufr. L. 6. de extra ordin. Crim. quod tamen in poenis difformibus sive arbitrariis tantum procedit, non uniformibus. Carpz. Pr. Cr. p. 1. qu. 33. n. 25.* Unde Nobiles incendiarii levius aliis plectuntur *L. fin. §. 1. ff. de in. cond.*



- cend. ruin. nauis. quod in praxi mutatum per Ord. Crim. art. 125. Solent tamen gravius puniri, quoties dignitas auget delictum arg. L. 2. §. 6. ff. de Pœn. ut si sit proditor L. 24. ff. de pœn. vel Veneficio se polluit L. 7. C. de Malef. & Mathem. Nölden. c. 12. §. 3. n. 104. vel si pœna sit pecuniaria, arg. L. 13. §. 8. C. de Judic. Covarruv. Var. Resol. lib. 2. c. 9. n. 3. ubi aliàs vilior persona corpore luere tenetur, si non habeat in ære L. 2. §. 7. ff. de Jurisdic. Attamen pœnâ ignominiosâ affiendi non sunt, Fulgos. Cons. 167. hinc non suspendendi L. 9. §. 11. ff. de pœn. (ubi agitur de Decurionibus, qui jure Romano infra Nobilium fortem erant) mors enim laquei impura est, mors gladii pura & honesta, Thom. Gramat. Dec. 32. Quorsum Sere- niss. Elector. Brandenb. Dominus meus Clementissimus in Edicto contra Duellantes respexisse videtur, gladium di- citans Nobilibus, laqueum personis civilis conditionis. Si tamen Nobilis homicida aufugerit, effigies ipsius suspen- ditur. Idem obtinere in Hispania testatur Covarruv. Var. Resol. lib. 2. c. 9. n. 4. In Gallia & torqveri & suspendi illos idem monet Covarruv. d. l. ut & in Saxonia, docente Carpz. Pr. Crim. p. 2. qv. 82. n. 63. Equidem de jure Communi tor- qvendi non sunt L. 4. C. ad L. Jul. Maj. L. 10. C. de dignitat. ubi de clarissimis id asseritur, hi autem erant Nobiles vid. L. 11. C. de quæstion. Tiraqvell. c. 20. n. 139. Stephan. de Nobil. c. 6. n. 41. seqq. idq; eò extendunt, ut nulla consuetudine id abole- riposfit Carpz. p. 3. pr. Cr. qv. 118. n. 93. seq. Si tamen Princeps consultus consentiat, id expeditum est, Schepliz. Consv. March. p. 4. tit. 13. n. 10. Freccia de subfeud. tit. quis dicatur Mar- chio n. 9. Barbos. in Collect. ad L. 3. C. in quib. caus. militant. n. 14. B. Dn. Brunnem. ad L. 3. C. ubi Senat. vel Clarissimi. In Prin- cipatu Anhaltinensi tamen etiam sine consensu Principis id fieri testatur idem Schepliz. c. l. n. 11. Pariter à fustigatio- ne liberi sunt arg. L. 5. C. ex quib. caus. inf. argumento ducto à Decurionibus ad Nobiles, Azevedo. Cons. 29. n. 1. Boër. tr. de Sedi-*



*Seditiosis qv. 7. n. 50. nec ad triremes condemnandi. Farin. 109*  
*p. 3. qv. 98. n. 99. Covarruv. lib. 2. Var. Resol. 9. n. 3. seqq. nisi ob 110*  
*gravissimas causas, Nolden. c. 12. §. 9. An manus ipsis sint*  
*amputandæ, si aliis in via insultaverint, dubitant Berlich.*  
*p. 4. Concl. 20. n. 14. Coler. p. 1. Dec. 155. n. 19. seqq. affirmat tamen*  
*Carpz. pr. Crim. p. 3. qv. 129. n. 38. Manus enim amputatio ho-*  
*nestior longè censetur, quam fustigatio. Et hæc pro ratio-*  
*ne instituti sufficient.*



**S**ndem dein Edler Geist ein ewig Denck-  
mahl stift/  
Das deiner Ahnen-Ruhm/ der Nachwelt ü-  
ber, iebet;  
So wünsch ich so viel Glück/ als die gelehrte  
Schrift  
Selbst Sylben in sich hält / und mein Ge-  
müth dich liebet.

Dieses setzte dem Herrn von Görne seinen  
hochwerthen Freund zu schuldiger  
Obliegenheit bey/

Carl Freyherr von Stein.

Es

m. art.  
uget  
ff. de  
Nöl-  
§. 8. C.  
vilior  
2. §. 7.  
i non  
ff. de  
infra  
mors  
Sere-  
us in  
m di-  
is. Si  
spen-  
. Var.  
losi-  
arpz.  
tor-  
ubi  
L. 11.  
c. 6. n.  
bole-  
nceps  
Consv.  
Mar-  
. n. 14.  
Prin-  
cipis  
ratio-  
cto à  
. tr. de  
Sedi-



2572

**E**s ist ein kluger Griff die RECHTE recht zu lesen /

Es ist ein schweres Werck zu führen Leut und Land /

Jedoch so ist es schlecht und ein fast leichtes Wesen /  
Wenn man nur seine Zeit wie GEDENKE angewand.

Welches den Herrn Autori als seinen werthen Freunde rühmlich nachsaget.

Carl. Siegfried Freyherr von Hohm.

**N**un Brennen öffentlich die Flammen deiner Brust /

Du / deines Adels Trost / deß Vaterlandes Lust /

Es ist der Frühling da / so solche Blumen gibt /  
In deren Schöne sich der Gärtner selbst verliebt.

Der Höchgeprießne STRUK die Ehre unsrer Zeit /  
Hat deinen muntern Fleiß so herrlich zubereit :

Es ist der süsse Lohn nicht weit mehr außgesetzt /  
Da deine Wissenschaft die kluge Welt ergetzt.

Wir sehen jezo nicht der Ahnen Tugend an /  
Wir finden schon in dir / was uns Vergnügen kan.

Es wird dein hoher Geist / trotz allen Zedern / stehn /  
Und voller Wissenschaft biß an den Himmel gehn.

Dieses schrieb seinem Herrn Vetter zum Andencken

Erdman Christoph von Hünicke.

☉ ( 0 ) ☉

1017





~~10118.7~~  
B. M. II, 1  
h. 49, 5.

7947)

II R  
2512

JULI

STRI-  
UM

per

Ordinis  
REA

DN.  
JCto, Co  
etorum Sa  
pellationu  
ridicæ in ha  
rii

YKIO,  
tissimor. Ele-  
s in supremo Ap-  
ARIO, Facult. Ju-  
ROF. PUBL. Dicafe-  
ESSORE.  
SUO

FF

publicè

ORNE,

WILCKII.

